

nae stellarumque motus uniuscuiusque proprii & generalis accidentis est occasio. differentia uero naturarum eorum quae praedicta sunt, & motuum consimilium, & observatio, quos & coelestia mouent, & ea quae ipsa circundant, est occasio per quam erit horum accidentium prognosticatio. Praeter quod generalia accidentia maiora sunt, & alterius supplemento non egent, particularia uero non sic. Nec oportet ut ipsorum principij horas, in quibus coelestium qualitates ponimus, & quibus id praescire nitimur, quod a societate figurarum, quae in ipsis horis formantur, significatur, unum & idem principium esse putemus: imò quod plura sint initia generalium accidentium, existimare debemus, eo quod in toto unum principium inuenire non possumus. Haec uero principia semper non ex ipsis rebus subiectis, sed ex rebus circundantibus, quae futurorum sunt occasiones, inueniuntur, nos etenim in maiori parte cuncta accidentia per grandiores eclipses, & per stellas, quae manifesto motu mouentur, inquirimus. In singulis autem hominibus unum & multa principia reperiuntur. unum namque principium, est initium collectionis, quod est in nobis: multa uero principia, respectu primi, sunt alterationes, quae post haec ex rebus circundantibus contingunt. unum igitur initium ad praemittendum hoc in loco conuenientius est, ob hoc quod alia omnia non nisi huius occasione proueniunt. Quapropter quum haec ita sint generales proprietates collectionis, ex observatione primi initij deprehenduntur: ex reliquis uero principijs, id quod in unaquaque horarum ex augmento uel diminutione continget, secundum hoc quod ex temporum diuisionibus subiungemus, addiscimus.

DE CASU SPERMATIS, ET EXITU
infantis. Cap. I.

Quoniam adesse hominum temporale principium habetur, est autem hoc principium naturaliter, quum sperma cadit: in potentia uero & accidentaliter, quum infans hora partus egreditur: conuenit his qui horam casus spermatis fortuito uel obseruando deprehenderunt, ut quum corporis & animae qualitates proprias scire uoluerint, suas ad hoc inuestigationes ex hoc quod figura stellarum hac hora proprie, id est, hora casus spermatis operatur, accipiant. Quapropter quum acciderit spermati semel in principio qualitatem recipere, quae sibi ex rebus circundantibus aduenit, licet illa qualitas in hoc ex rebus horis esse corporis continget, postea uarietur, ipsum tamen augmentum materiae sibi tantum similis naturaliter, sibi met attrahet: quumque creuerit illa rerum materiae qualitati primae, quae spermati propria est, assimilabit. Quum autem hora casus spermatis ignorabit, sicut multoties euenire compertum est, initium quod est infantis exitus, necessario conuenit obseruare. Quod idem maximum est initium, nec etiam a primo differt, nisi in hoc quod subiungit. Per primum itaque principium id quod est ante partum, ut praesciat ante, possibile est. Nam primum esse principium, aliud autem simile fore principio, satis enunciari potest, eo quod ultimum eorum secundum est in tempore. & fortassis eius quantitas est in fortitudine perfectior primo, oportet etiam ut primum initium esse seminis hominis frequentius appelletur: secundum uero, esse hominis dicatur, ob hoc quod infans ea tunc adipiscitur, quae, dum in utero clauderetur, non habebat: & quum hoc etiam proprietates, quae tantum sunt in hominis natura, & qualitate quae suo corpori accidit, acquirit. Item id quod hora partus nos circundat, licet in faciendo natum nihil iuuare putetur, ut illius cuius est qualitatis, existat, iuuat tamen, ut sit eius apparitio eiusque exitus, secundum propriam circundantis rei qualitatem, propterea quod natura post ipsius perfectionem eum ad exitum moueri facit, quum qualitas qualitati, quae eum formauit, assimilabitur. Oportet igitur, ut stellarum qualitatem hora exitus infantis, istarum rerum similia iterum significare existimemus: non quod ipsa haec operetur, sed necessario & naturaliter in fortitudine opifici assimilatur. At quoniam in hoc sermone nostra intentio est, ut hanc scientiae partem solerti tramite manifestemus, sicut promissimus in huius libri primordio, ubi ad hunc pronosticandi modum perueniri posse probauimus: & quoniam antiquissima uia pronosticandi, quae est secundum omnium stellarum, uel plurium

commixtionē, multorū est modorum, & ferè infinita, quum quis eam planè & aperte perscrutari tentauerit. Maximè autē in futuris particularibus, quæ à naturarū speculatorib. inquirunt, quod in narrationibus, quæ ab ipsis dicta fore dicunt, inueniri potest, et ppter eius usus grauitatē, et eius explanationis difficultatē, nos hæc præmittere deliberauimus. Illius autē magisterij prognosticationē, per quā unaquęq; specierū in perscrutādi modo deprehendit manifestare, nec non uires opifices proprię stellis cū perfectione per hoc quod cōsequi potest, uia naturalis cōiecturę cōpendiose narrare intēdimus. Nec oportet, ut ad qualitates rei circumdantis, per quas unumquodq; accidēs quod accidit hominī, deprehendit, nostra tradatur intētio. Sed generaliter cōuenit, ut uires corporū opifices cum locis sibi cōsimilib. cōiungamus super uictorię dominationisq; modū, sicut in emissione sagitte facimus, at futuri quod in hac subiecta specie per multarū naturarū collectionē colligit, ei qui super ipsum ita deliberauerit, & perspicaciter inquisierit, sicut sagittator, quū bene ei euenit ad signū, obseruationē relinquimus. Nostri uerò sermonis initiū in rebus uniuersalibus in principio, quod est in exitū infantis apparētibus, uelut cōgruo cōuenit ordinī, ponemus, quū per hoc principiū ad se omniū rerum hanc naturā habētium, sicut diximus, peruenire possumus: proprietates autem, quæ hora casus spermatis innascuntur, per hanc eandem obseruationis speciem ab illo qui solas proprietates, quæ in ipsa eadem collectione fuerint, sagaciter perscrutabitur, & subtiliter inuestigauerit, deprehenduntur.

DE SCIENTIA GRADVS ASCEN-

dentis. Cap. II.

Horologia.

CVm in re prima, quæ sustentaculū est, quod est gradus ascēdentis, hora exitus infantis multotiēs innascatur dubietas, eo quod in maiori parte horam egressionis absq; scrupulo scire nequit, nisi qui inter omnia horarū instrumenta, per solū astrolabiū obseruauerit, alia quippe horarū instrumenta, quibus quamplures eorū qui uersant in his, inspicunt multū, fortasse fallunt, et à ueritate declinant. Illis etenim, quib. Sol indicat horā propter eorundē declinationē in positione sciotororū et ex sciotororū tortuositate cōtingit. Instrumētis autē horarū, quæ per aquarū decursus adaptantur, euenit ex aquarū retentione, & decursus differentia, quæ per differentes occasiones, uel per quamlibet aliā occasionē ei contingēte aduenit, necessariō cōuenit, ut uia qua gradus circuli signorū, qui secundū naturalē rationē consecutiua debet esse, ascēdēs deprehendi posse iudicemus. Postq; gradū ascēdētis ferè deprehēdemus, in uia ascensionū per horā quæ nobis attribuit. Oportet igit, ut gradū coniūctionis uel præuentionis, quæ ante natiuitatē ipsi, ppior fuerit, inueniamus, et eū ueraciter ad discamus. Qd si fuerit illud, in quod inuenerimus, cōiunctio utriusq; luminaris gradū accipiemus: si autē præuentio fuerit, gradū luminaris super terrā existentis obseruabimus. Post hæc cui planetarū natiuitatis hora illius gradus dispositionē habere cōuenit, inquirēmus. Generaliter autē uia qua planetæ cōuenit dispositio, his quinq; rebus explicatur, quæ sunt triplicitas, domus, exaltatio, terminus & apparitio, uel Solis affinitas in figura. Eritq; loci illius dispositio planetæ, qui habuit in eo plus una istarum fortitudinū, uel omnes. At si unī planetę hæc omnia, uel plura inuenerimus, eius gradū ex signo in quo fuerat ipse, natiuitatis hora ueraciter inuentū, obseruabimus. dicemusq; quod gradus signi per ascēdēs ferè accepti, qui ei in numero equatur, sit gradus ascēdētis. Si autē duos uel plures planetas inuicē associari inuenerimus, aspiciemus numerū, quē unusquisq; perambulauerit, hora natiuitatis: & quicumq; numerus fuerit ppior ascēdētis gradui, qui nobis per ascēdēs apparuerit, ipse erit ascēdēs horæ natiuitatis. Quod numerū graduū duorum uel plurium planetarum propē numerum ascēdētis gradus, qui nobis per ascēdēs exiuit, inuenerimus illum qui plures autoritates habuerit in angulis, & cuius fuerit Haiz, in hoc imitabimur. At si longitudo gradus Almudhebir à gradu ascēdētis absque subtili obseruationē reperto, maior fuerit longitudine sui ipsius à gradu mediij coeli, ipsa eadem uia exquisitio illum eundē numerum gradum

dum mediꝝ cœli constituemus, per quem alios angulos cœquabimus.

DE PARTITIONE LOQVVTIONIS NATL

uitatum. Cap. III.

Post premissarum istarum rerum positionem subiungemus, quod quum generales natiuitatū obseruationes ordinata & cōpetenti partitione quis partiri uoluerit, inueniet, quod eorū ad quæ naturali calle peruenit, quædā sunt accidentia, quæ ante partum cōtingunt, ut loqui de parentibus: quædā autē sunt accidentia, quæ ante partum & post partū accidunt, ut sermocinari de fratribus. At illa quæ ipsa eadē hora partus eueniunt, non sunt unū & idem planē, et apertum, uelut hæc quæ prædiximus. Accidentiū uerò postremū, quod sciri potest, illud esse dicitur, quod post partū accidet. Hanc autē speciem multorū modorum multarumq; partū fore non dubitat. Ex his igitur, quæ in ipsa eadē hora partus eueniunt, illa quæ scire uolumus sunt, loqui de maribus, foeminis, & utrū geminos, an plures parturiēs pariet: loqui etiā de formis mōstruosis, necnon ex his qui nuncq; crescent. Ex his autē, quæ post partū, ea quæ scire querimus, sunt sermocinari de uita, eo quod eorū qui crescent narrationib. nō adherent: post hæc autē loqui de forma corporis, et ex infirmitatib. atq; impedimētis corpori cōtingentib. deinceps de qualitatis. animæ, et illius accidentibus sermocinari: deinde loqui de fortunio & infortunio nati, et de regno ac exaltatione, illiusq; sublimitate: postea ipsius etiā esse in hoc, quod ex operibus efficiet, enarrare: deinde de eius cōiugio sermocinari, ac de mora cū uxore facienda, & ex hoc, quod de infantibus ei cōtinget, necnon ex eius cōmixtione ac familiaritate cū hominib. & ex amicis ipsius: deinde peregrinationes ostēdere: postremò quidē modū suę mortis indicare, quod in fortitudine loquutioni quæ fit, de uita asimilatur: illius tamē ordo post hæc prædicta ponēdus est. Nos autem horū uniuscuiusq; modum generaliter enarrabimus, et cum solis est nostræ narrationis fortitudinib. hoc operantibus, ista dicemus, sicut superius manifestauimus: ea uerò, quæ à quamplurimis stultè superflueq; prolata sunt, in quibus non est sermo probabilis, qui occasionibus per primā naturā existētibus cōueniat. et postponemus ex his, id ad quod peruenire possumus, nō per sortes, neq; per numeros, & quibus occasiones, per quas hoc oportet esse, nō habentur: sed per planetarū figurarū, earumq; similitudinū cum suis locis obseruationes inuestigabimus. Quapropter ne uerbū hoc in unoquoq; prescriptorū capitulorū retractare sit opus, in omnib. generaliter nos hic proferre cōuenit. Ex capitulis igitur obseruationis natiuitatū locum circuli signorū, qui speciei illius quęliti capituli asimile, cōsideremus, uelut est loci mediꝝ cœli cum operibus, & loci Solis cum re patris similitudo: postea planetas, quibus ex prædictis quinq; specieb. illius loci dispositionē habere cōuenit, obseruemus. Et si unus planeta omnibus his modis ipsi loco dominabitur, illius rei quæ sitē dispositionē attribuemus ipsi. Si autē duo uel tres ei dominētur, illi qui pluriū numerorum fortitudinē habuerit, dispositionē dabimus. Deinde futuri qualitātē cōsideremus: cuius inuestigatio erit ex naturis illarum stellarū, quibus dispositio cōuenit: & ex naturis signorum, in quibus planetæ fuerint, necnon ex locis similibus. Post hoc inuestigationē quantitatis futuri ex eorum uiribus accipiemus, cōsiderando utrum in suis qualitibus fortes extiterint in mundo & in natiuitatibus, an si cōtrarium fuerit. In mundo quidē fortiores dicuntē existere, quū in locis sibi proprijs uel similibus fuerint: & quū oriētales etiā extiterint, & aucti numero. In natiuitatibus uerò fortiores erunt, quū in angulis, uel in locis ad angulū ascēdentibus fuerint, maximē autē in duobus primis, qui sunt ascēdens, & cœli medium. debiliores autē erunt in mundo, quū in locis extraneis, uel sibi dissimilibus extiterint, aut quū occidētales uel in itinere diminuti fuerint. at in natiuitatibus tunc erunt debiliores, quū ab angulis recesserint. Spaciū quoq; tēporis futuri cōsiderabimus inuestigādo, utrū respectu Solis et ascendētis matutinales, an uespertini fuerint. Due nāq; primę quartę utriusq; eorū, et due per diametrū eius oppositę, sunt matutinales, reliquæ uerò sunt uespertinales. Considerabimus etiam, si fue

rint in angulis, uel ad angulos ascendentibus. Si matutinales igitur, uel in angulis fuerint, acutioris erunt operis: si uerò uespertini uel ascendentes ad angulos extiterint, tardioris operis esse dicentur.

DE PARENTIBVS. CAP. IIII.

Prima nanq; uia quã in uniuscuiusq; istarũ specierũ inuestigatione semp imitari debemus, est huiusmodi. Nos itaq; nũc à primo capitulo, quod est capitulũ in locutione parentum, exordiũ faciemus. uelut ordinĩ, quẽ mox enunciauimus, cõuenire uideĩ. Solẽ igitur & Saturnũ patrib. Lunã autẽ & Venerẽ matrib. naturaliter asimilarĩ dicemus. Quapropter quemadmodum harũ stellarũ qualitates adinuicẽ & cũ alijs inueniẽtur, ita fore parentũ qualitates nobis existimare cõuenit. eorũ etenim fortunũ & infortunũ, necnõ & regnũ ex stellarũ uicinitate cũ luminarijs. nobis cõsiderare conueniẽs est. nã quũ utrũq; à fortunis quã fuerint ex eorũ haiz, & in duob. signis eorundẽ, uel in signis ea sequẽtibus circũdabit, esse parentũ egregiũ fore significabunt: maximẽ aut quum planetẽ circũdantes Solẽ matutinales, circũdãtes uerò Lunã uespertinales extiterint: tũc em̄ erit eorũ positio cõueniens. Itẽ si Saturnus et Venus oriẽtales fuerint in almugea sibi propria, uel si fuerint in angulis, manifestũ fortunũ parentũ ex hoc significare debemus, secundũ quantitã utriq; ipsorũ conueniẽtẽ. Si aut horũ contrariũ fuerit, ut luminaria scilicet sint cursu uacua, & à nullis stellis circũdata, parentũ declinationẽ ac uilitã significabũt: maximẽ uerò si positio Veneris & Saturni fuerit incõueniens. Quòd si planetẽ ex eorũ haiz nõ existẽtes, ea circũdẽt, quẽ admodũ cõtingit, quũ Mars post Solẽ, Saturnus uerò post Lunã ascẽderit, nec etiã loca fortunarũ, respectu luminariũ cõuenientia fuerint, nec ex eorũ haiz, miserã uitã parentũ & ipsorũ esse destructionẽ, nobis ex hoc significare nõ discõuenit. Si aut pars fortunũ significãs, cuius mentionẽ faciemus, stellis Solem uel Lunã circũdãtib. apta cõuenientia cõueniens fuerit in natiuitatib. parentũ, substantia saluabit atq; durabit. Quòd si pars fortunũ significãs, nõ extiterit, uelut diximus, aut si horũ contrariũ fuerit, nec fortunẽ circũdederint luminaria, uel si circũdãtes fuerint, infortunẽ nõ proficiet parentũ possessio, sed nocebit. Longitudinẽ aut uitẽ parentũ, eiusq; breuitãtẽ ex stellarũ societatib. in figuris cõsiderabimus. De patris igit uita dicamus. Quumq; Iupiter & Venus in figura quilibet modo Soli uel Saturno associant, aut quũ Iupiter idẽ Veneri associatur, fueritq; Solis & Saturni apta societas, uel si cõiuncti, aut in trino, uel sextili aspectu fuerint, & uterq; fortis, longã patris uitã ex hoc annũciabimus. Si uerò fortes nõ fuerint, nõ erit hoc ita, preter quod uitẽ breuitãtẽ ueraciter nõ significabũt. Hoc aut si nõ sic euenierit, sed supra Solẽ uel Saturnũ Mars eleuatus fuerit, aut si sequatur eos, nec Soli Saturnus cõueniens fuerit, sed in eius aspectu quadrato, uel p̄ diametrũ opposito, uel si uterq; fuerit ab angulo remotus, patris debilitas significabit. At si in angulis, uel in locis ad angulos ascendẽtibus fuerint, breuẽ uitã parentũ aut nocuentũ significabũt. quum enim in duob. primis angulis, qui sunt ascẽdens, cœlicq; mediũ steterint, uitã breuitãtẽ indicabunt. Quum aut in duobus alijs extiterint, qui sunt occidẽs & angulus terrã, uel in locis ad ipsos ascẽdentib. impedire dicũtur. Quũ Mars etiã Solem prædicto modo aspexerit, pater subita morte migrabit, aut in ipsius luminib. impedimentũ cõtinget. Si uerò Saturnũ aspexerit, patri mortẽ aut febrẽ cũ tremore, uel impedimentũ ex abscissione seu cõbustione futurũ significabit: rursus quũ Saturni figura, respectu Solis incõueniens fuerit occasione morborũ ex humorib. nociuis accidentiũ, mors patri eueniet. Itẽ de

Patris uita.

Matris.

uitã matris agamus. Quum igitur in figura Lunẽ seu Veneris, Iupiter uel Venus iterũ Lunẽ associabitur, siue cũ ea, seu in eius aspectu trino uel sextili fuerit, & uterq; fortis, uitã matris elõgabunt. At si Lunã Mars aspexerit, uel Venerẽ sequutus fuerit, aut in ipsius aspectu quadrato, uel per diametrũ opposito remanserit, seu si Saturni qualitas respectu Lunẽ istius qualitatis extiterit, si ipsi minuti cursu fuerint, uel ab angulo recesserint, in morbos & ægritudines solũmodo matres illaqueari designabunt. Sed si aucti cursu fuerint, uel in angulis, matrum uitã ab-

breuia.

breuiabunt, aut eis impedimentum inferent: abbreviabunt quippe uitam, quum in orientalibus angulis fuerint, uel in ascendentibus ad eos. In occidentalibus autem angulis, uel in ascendentibus ad ipsos quum fuerint, eis impedimentum adducunt. cum modo nanq; prædicto Lunam Mars uiderit, fueritq; Luna orientalis, repentina mors matrum, uel suorum oculorum impedimentum inde proueniet. Si uerò fuerit occidentalis, earundem mors ex abortibus, uel ex his similibus accidet, aut occasione incisionis & cõbustionis eis impedimentum eueniet. Si Venem autem Mars aspexerit, erit earum mors per febres & infirmitates ex uisus offuscatione cõtinentes, ac per humores subito decurrentes. Quumq; Lunam Saturnus aspexerit, mortem uel ægritudinẽ generabit. Luna uerò quum orientalis fuerit, per febres cum tremore mortem annunciabit: & quum fuerit occidentalis, occasione corrodentium apostematum & comestionum, uel in muliebribus membris contingentium illud eueniet. At sciendum, quod si scire uolumus, species particularium impedimentorum uel infirmitatum, seu morti quæ parentibus accidunt, signorum qualitates cum his quæ prædiximus nobis obseruare cõuenit, in quibus stellæ propriæ qualitatibus opifices inueniuntur, necnon signorum qualitates, quorum mentionem faciemus, & quorum etiam esse explanabimus, quum res natiuitatum enarrabimus. Et in die propriè Solem & Venerẽ, in nocte uerò Saturnum & Lunam obseruemus. Illud etiam, quod ad inuestigandas residuas res particulares parentum nos obseruare oportet, est, ut locum patris uel matris, qui secundum horam fuerit, ascendens loco ponamus, & omnes eorum res obseruemus, sicut ipsis parentum natiuitatibus facimus, quemadmodum in sequentibus probauimus ex accidentibus & opificibus modis, qui in generalibus speciebus inueniuntur. Modorum autem coadunationis occasionum adinuicem nobis hic & ubiq; memoriã habere cõuenit, ut cõsideremus, quod quum planeta, qui locis exquisitis dominabuntur, unius speciei non fuerint, sed ex speciebus differentibus, uel contrarium operantibus ex planetis, quorum uires super ipsum sunt maioris autoritatis, illum qui maiores autoritates habuerit, accipiemus, ita ut & ipse rei futuræ cõueniat, & per ipsum istarum rerum naturæ cõtinent. Quod si eorum autoritates æquales extiterint, & stellæ cum eis eleuatae fuerint, leuiter ad notitiã rei coadunatæ ex istarum naturarum differentiũ cõmixtione perueniemus. Si autem fuerint separatae, id quod ex accidentibus ei assimilatur, secundum horas particulares unicuique ipsorum attribuemus. Sed illis qui matutinales fuerint, attribuemus primitus: illis uerò qui uespertinales extiterint, posterius. Necessariò tamen oportet, ut ex principio eis assimilatur. nam si sic se non habuerit, nil futuri facere poterit, quum nullam retineant societatem in principio. Prima uerò dispositio non est occasio futuri temporis, sed qualitas stellæ, quæ respectu Solis & anguli mundi domina dispositio nis fuerit tempore natiuitatis.

DE FRATRIBVS ET SORORIBVS. Cap. v.

EX prædictis igitur locum parentum probabimus: locum uerò fratrum si quis inuestigatione generali perscrutetur, & sua perscrutatione quantitatem possibilem non prætereat, quæ ad inquirendam notitiã numeri fratrum ueraciter esse potest, rem fratrum qui eiusdem matris sunt, naturali modo scire poterit ex signo mediũ cœli, aut locum matris. locum quidem dicimus, in quo Venus in die, & Luna fuerit in nocte. At quia signum hoc, & signum quod ad ipsum ascendit, locus matris sunt, quo res filiorum eius deprehenduntur, eum locum fratrum esse oportet. Huic ergo loco si planetae fortunæ in figura associantur, fratrum multitudinem inde iudicabimus, huius autem existimationem rei ex numero istorum planetarum assumemus. Considerabimus etiam, si fuerint in signis unius imaginis uel duorum corporum. Quod si planetae infortunæ super hunc locum eleuati fuerint, uel eum ex oppositione aspexerint, paucitatem fratrum indicabunt: maximè autem, si sol cum eis extiterit. Si uerò fuerint in angulis, & propriè

Masculorū &
foeminarum da
tores.

in ascendente, fuerit que planeta in istorum aliquo locorum existens Saturnus, in uirginibus & maioribus fratribus hoc esse significabit. Si autem Mars fuerit, aliorum fratrum numerum per mortem abbreviabit. Qualitas quidem planetarum, qui sunt datores fratrum, si fuerit in positione conueniens, fratres potentes & exaltatos existimemus oportet. Si autem in contrarium fuerit, imbecilles erunt & impotentes. At si planetae infortunæ super datores eleuentur, uel si eos sequantur, breuis uitæ iterum erunt. Masculorum datores sunt planetae masculini, in suis qualitatibus mundi: largitores autem foeminarum, sunt foeminini in suis qualitatibus mundi. Orientales item primos largiuntur fratres, occidentales postremos. Rursus cum in figura largitores associantur signo, rem fratrum significanti societatem conuenienti, fratrum concordiam significabunt: & si cum parte iterum fortunæ conuenerint, fratrum societatem in suis rebus indicabunt. Si uerò fuerint in signis, nullam adinuicem societatem habentibus, uel si qualitatem prædictæ qualitati contrariam habuerint, uoluntatem fratrum ad discordiam & inuidiam significabunt, & eos deceptores esse demonstrabunt. Si quis autem unamquamque rem fratrum, plus quam supra dictum sit, inuestigando perscrutari uoluerit, satis hoc agere poterit, si loco ascendens largitores planetas constituerit, & tunc omnes eorum res, quemadmodum in natiuitatibus facimus, obseruemus.

DE MASCVLINIS ET FOEMINIS.
nis. Cap. VI.

Postquam naturali calle fratrum enarrationem explanauimus, quod in ipso nato continget, subiungamus oportet, & masculorum, foeminarumque considerationem primitus indicemus. Cuius obseruatio non uniusmodi est, nec ab una re, sed ab utroque luminari, & ab ascendente, necnon à planetis in hoc auctoritatem habentibus accipitur. Quoniam masculus & foemina generantur in matrice, conuenit ut iudicium huius rei propriè sit principij, quod est hora casus spermatis: & id quod de hoc scire possumus, quod principium quod est exitus creaturæ, est generale propter participationem, quam habet principium istud cum primo. Nobis quoque generaliter obseruare conuenit, si hæc tria loca præfata, & planetae eis omnibus, uel pluribus dominantes, masculini fuerint, quia natus erit masculus: & si foeminini fuerint, erit foemina: & secundum hoc supra natum iudicabimus. Oportet etiam, ut loca & planetas masculinos ac foemininos consideremus, quemadmodum in huius libri principio monstrauimus: demonstrauimus, inquam, ex naturis signorum, in quibus fuerit, et ex naturis ipsorum planetarum, necnon ex eorum qualitatibus, respectu mundi. Cum orientales nanque fuerint, masculinizant: foeminizant uerò, cum occidentales extiterint. Item ex eorum qualitatibus, respectu Solis, masculinizant: nanque cum matutinales fuerint, uespertinales existentes, foeminizant. Ex his igitur omnibus quod genus in nati constitutione secundum maiorem partem incurrit, conijciamus oportet.

DE NATIUITATE GEMINORUM.
rum. Cap. VII.

Simili quippe modo nobis in geminis, & eis pluribus esse eorundem prædictorum locorum, id est, luminarium, ascendens, obseruare conuenit. Hoc autem ex collectionibus euenire, manifestum est. Si præfatorum locorum duo uel tria fuerint in signis duorum corporum, maxime autem cum planetis illorum dispositioribus, idem iterum accidens contigerit, ut quidam scilicet eorum sint in signis duorum corporum, fuerint que quidam eorum bini, & bini, uel plures in dispositione. Et si loca dominantia, signa duorum corporum extiterint, & cum hoc cum pluribus in figura planetis associantur, erunt nati plures duobus. Eorum quoque numero nonnunquam augmentat planeta, qui hanc
pro

proprietatem habuerit. Generis autem nati notitiam auget planetarum genus, qui Soli & Lunæ ascendenti que signo associantur in figura, quæ masculinis & foeminis secundum præmissum modum in nascendi fortitudine superaddit. Hæc uerò qualitas, si signum ascendens, & luminaria non continuerit, sed eius loco mediæ coeli locus sic inuentus fuerit, harum matrum partus secundum maiorem partem geminorum uel plurium erit. Quod autem proprium in trium masculinorum parturitione est, ut quemadmodum contingit in albetatram, qui sunt reges, contingat ut Saturnus scilicet, & Iupiter ac Mars cum præfatis locis in duum corporum signis existant, & est proprium in parturitione trium foeminarum, ut id quod in alcatis contingit, eueniat ut Luna uidelicet, ac Venus, ac Mercurius foemininus in prædictis locis permaneant. In duorum masculinorum ac unius foeminæ parturitione proprium est ut contingat, sicut contingit illis qui diafaccora uocantur, ut Saturnus scilicet & Iupiter ac Venus in illis sint locis. Parturient etiã duas foeminas & unum masculum, cum id euenierit quod illis qui dimantarcoris appellantur, euenisse dicitur, ut Luna scilicet, & Venus, ac Mars illis in locis existant. Secundum hunc uerò modum frequenter contingit, ut natus non perficiat, & ut in ipsius natiuitate quædam impedimenta corpori accidentia contingant. In ipsius etiã quibusdam mēbris id ex quo nullus timor perueniet, absq; perfecta occasione contingit, aut erit in eis quoddam horum accidentium secundum partem rei quæ non apparet.

DE MONSTROSIS SIGNIS.

Caput VIII.

Illud quidem, quod nullatenus à nostro recedit intellectu, est monstruosarum figurarum enarratio. Dicimus primitus, quòd duo luminaria sunt inuenta pro maiori parte in natiuitate talium, cadentia ab angulis uel non, concordantiam cum ascendente aliquam habentia, & planetæ infortunati in angulis potentes. Cum hoc igitur sic inuentum fuerit, conuenit, si hoc illud fortè contigerit, quod in miseris & infortunatis natiuitatibus multotiens euenire dicitur. Et si natiuitates illæ monstruosarum figurarum non fuerint, ut præteritam coniunctionem uel præuentionem obseruemus, quatenus coniunctionis uel præuentionis, necnon loci luminarium natiuitatis hora dispositores planetasprehendamus. Quoniam si loca eorum in natiuitatibus, & locus Lunæ uel ascendentis, iterum omnia scilicet, uel planeta loco coniunctionis uel præuentionis non alligentur, erit natus formæ monstruosæ. Hæc autem si sic fuerint, & cum hoc in quadrupedibus uel feralibus signis luminaria reperiemus, fuerintq; infortunæ in angulis existentes, non erit natus ex hominibus. Si qua uerò fortunarum cum luminaribus testimonium non habuerit, sed eis infortunæ testificatæ fuerint, natus non erit domesticus, erit que natura ipsius ex ferarum impediendum naturis. Quòd si Iupiter aut Venus luminaribus testificentur, erit natus ex animalibus domesticis, ut sunt canes, fures, & his similia. Si Mercurius autem testificetur, natus erit ex animalibus, quibus opus habet & utuntur homines, ut ex gallinis, porcis, bobus, capris, & his similibus. At si luminaria mouentur in signis, quorū imagines sunt homines, omniaq; similiter fuerint, natum ex hominibus, uel ex his quæ cum hominibus conuersantur fore non dubitamus, præter quod eum monstruosam formam habere dicemus. Qualitatis autem istius notitia, eiusq; proprietates erit hoc in loco iterum ex figuris signorum, in quibus infortunæ steterint, quæ luminaria uel angulos continuerunt. Item si signa fortunarum hoc in loco nulli prædictarum loco testificentur, erit natus non loquens, eius que forma signa ueraciter & perfectè mutabitur. Si Iupiter autem, uel Venus testificentur, nati proprietates quo fuerit illa mutatio, erit ut honoretur & sublimetur, eo quod ex hoc illa figura † armaforodhotis continget, id est, figura ex Venere &

aliàs, hermas
phroditus.

Mercurio denominata, nec non figura quæ nuncupatur arfocarazietu, & his similia. Mercurius ipse si testificetur, fiet natus, cum his somniorum interpretator, & ex his erit eius uictus, præter quod surdus erit, & absq; dentibus. In his uerò rebus erit conuenientis naturæ & subdolos ac deceptor.

DE HIS QVI NON CRE-
uerunt. Cap. IX

POSTquam eorū qui non creuerint sermocinatio præcessit, restat de illorum elocutione, quorum per natiuitatis horam contingentium notitiam habere querimus. Hanc autem enarrationē ob hoc quod istud quæsitum capitulum ab istorum duorum utroq; modorum non longè remouetur, quandoque locutioni de uita adhærere, quandoque uerò illi contrariam esse, eo quòd huiusmodi inuestigationis uis, quibusdam uariationibus alteratur, sciendum est. Sermo namque uite non est nisi in his omnibus qui uitam senserunt. Hi autem sunt, quorum uita solari circuitione, quod est unius anni spacium, nequaquā minor habetur: uita uerò quæ est in fortitudine, est id quod minus esse dicitur, ut sunt menses, dies & horæ. Eorum autem qui non creuerint, sermocinatio est eorum loquutio, qui ad aliquod istorum prædictorum temporum non peruenient: sed in breui tempore propter mali & nocuenti superfluitatem morientur. quapropter uitæ inuestigatio multarum est partium: illorum autem qui non crescent, una est & plana. Generaliter igitur quum luminarium aliquod in angulorum aliquo fuerit, ei que associetur, infortunarum altera in longitudine quæ cum eo fuerit gradu per gradum, uel fuerit in figura equicruria, nec fortunarum aliqua ei associetur in figura, fuerit que dispositio loci luminarium in locis infortunarum, natus non uiuet, sed mox morietur. Quòd si fuerit in figura equicruria, sed in proiectione radiorum infortunarum à locis luminarium ad ipsum ascendens, fuerint que infortunatores duo, alterum uel utrumque luminarium infortunantes, ad ipsorum duorum loca uel alterius ascendentes. Aut si in eius uel eorum oppositione fuerit, seu si una infortunarum alterum luminarium infortunauerit, cum eorum altera fuerit opposita, altera quidem ad luminaris locum ascenderit, natum uitam non habere, minimè dubitatur. Quoniam maximum nocumentum quod est in hoc, ualitudinem & profectum, qui ex longitudine loci ad locum luminariū ascendens, in uitæ spacio prouenit, destruit & occultat. Id autem, quod propriè Solem impedit, ex his quæ sunt in loco qui ad ipsius locum ascendit, Mars esse dicitur, Lunam uerò Saturnus. At in eorum oppositione, uel cum ad ipsam ascenderit, contingit contrarium. Solem etenim Saturnus, Lunam uerò Mars impedit, maximè autem cum locis luminarium & ascendens, dispositores eorum existendo dominantur. Et si duas oppositiones habuerit, fuerintq; luminaria, & infortunæ in angulis uel in equicruria figura, mortui uel semimortui nascuntur infantes. Quod si ita contingit, & ab altera fortunarum luminaria separata, uel in figura fuerint ei associata, & peruenerint radij ad præcedentes partes, uiuet natus secundum significationem numeri graduum, qui fuerit inter alihileg & propioris infortunæ, radios ex numero mensium uel dierum, aut horarum secundum eorum infortunij quantitatem, quæ sunt huius occasio. At si infortunarum radij ad præcedentes partes luminarium, fortunarum uerò ad sequentes peruenerint, natus crescet & uiuet. Item quum eleuabuntur infortunæ superasociantes fortunas in figura, erit natus miseræ qualitatis & imbecillis. Quod si fortunæ eleuabuntur, natus cum parentibus non morabitur. Et si altera fortunarum cum Luna pariter oriatur, uel ictisal habeat, & altera infortunarū occidat, natus à parentibus nutrietur. Hoc iterum modo multorum natorum erit obseruatio. Quum stellarum aliqua duobus pluribus ue modis in figura societatem habentium in occidente fuerit, infans semiuuius oriatur, aut uelut carnis frustum, aut imperfectæ creationis. Et si altera infortunarum super eam eleuetur, non nutrietur natus, uel non habebit uitam, secundum hoc quod per istud contingit.

De spacio

Eorum quidem accidentiū, quæ post partū contingunt, enarratio. Primū est uitæ sermocinatio, eo quòd eorum qui primitus ordinauerunt ex his omnibus, quæ raro cōtingunt, tractare, qui ad tot annos uitæ non peruenerit, in quibus ista perfici possunt, nobis risum habere cōuenit. Hæc autē obseruatio nec leuis est, nec plana tamen ex dominātium locorū potestatibus accipitur & deprehendit, quod multis modis obseruatur. Modus autē, qui secundū nostram existimationē peruenit, et qui naturalē uiam imitatur, est ut enarrabimus. Hæc autē obseruatio ex loco Alhileg, et eorum qui super Alhileg potestatē habuerint, necnon ex stellarum interficientiū locis cōsideratur. Istarum uerò rerū uniuscuiusq; notitia est, ut subiungitur. Primū nanq; uobis scire conuenit, quòd loca Alhileg illa sunt, in quibus stellā, cuius dominiū fuerit, Alhileg esse oportet: hic autē super signū ascendētis, quod est à quinq; gradibus qui super horizontē ante ipsum ascenderunt usq; ad uiginti quinq;, qui ad ascendendū remanserint, & post hos gradus, qui in horū triginta graduum dextera hexagona radiatione cōsistunt, qui sunt domus fortunij. At hi qui sunt in corū aspectu tetragono, quod est mediū cœli super terram, et gradus etiā qui sunt in eorū trigona radiatione, quod est locus, qui † neuz aliās, theos appellatur. Necnon & gradus qui sunt in eorū oppositōne, quod est occidens. Horū autem id quod ad præmittendū conueniens est, eo quod fortioris autoritatis existit, id esse dicūt, quod est cœli mediū super terrā, et post hōc ascendēs: deinceps id quod cœli mediū ascendit, & post ipsum occidens, & post ipsum id ad quod cœli mediū præcedit. Omne autē quod sub terra morat, hac in re tam præclara & tā excellenti, prætermittendū fore decreuimus, præter id quod ascendēs super terrā apparuit. Illorū uerò, quæ supra terrā sunt signa, quæ cum ascendente non colligant, obseruāda non sunt: nec etiā signū ascendens ante ascendēs, quod laboris domus appellatur: ob hoc q̄ cū hoc etiā, quod ab angulo remouetur, eius fortitudinē ad terrā puenientē spissus & obscurus uapor, qui ad ipsam ex humiditate terræ ascendit, distubat et destruit: ideo q̄ id quod ex colorib. ac qualitatib. stellarū, hac in domo existentīū apparuerit, naturā ex eodē uerò dubitat. Postea cōuenit, ut quatuor dominātia, quæ sunt Sol, Luna, ascendens, pars fortunæ, eorumq; locorū dispositores Alhileg cōstituamus. Partē igitur fortunę sciemus, si numerū quē inuenerimus, à loco solis usq; ad Lunę locū, in die ac nocte acciperimus, & ab ascendente inchoādo illius numeri quantitātē secundū signorū successiōnē cōputauerimus. Hoc itaq; modo patris locū addiscemus. Quod idcirco facimus, ut Solis qualitas, respectu ascendētis, sit uelut qualitas Lunæ, respectu partis fortunę. Erit em̄ fortunę pars quasi ascendēs Lunę. Hæc autē eandē rationē imitari uident, qui dicunt, quod in nocturnis nati uitatib. & à Luna in Solē enumeremus oportet. Deinde ab ascendente initiando, eiusdē numeri quantitātē in contrariū eius quod prædiximus, id est, secundū ordinatā signorū antecedentiā cōputemus: qd quū fecerimus, idē partis fortunę locus qui nobis exierat, secundum modū hunc apparebit, & eadē erit societatis figurę qualitas. Conuenit etiā, ut ex his in die Solē, si fuerit loco Alhileg, primitus eligamus: sint autē Lunā, quā si nequiuimus, eligere stellam, quæ maiores autoritates habuerit in dispositione loci Solis, & loci præcedētis cōiunctionis, necnon & ascendētis eligemus. id est, stella quæ habuerit ex quinq; potestatib. per quas dispositio cōsistit, tres uel plures autoritates in aliquo locorum prædictorum, est eligenda. Quòd si non contigerit, ascendētis gradum accipiemus. In nocte uerò conuenit, ut Lunam primitus eligamus, postea Solē, deinde stellā, quæ maiores autoritates habuerit in dispositione loci Lunæ, ac loci præcedētis præuentionis, lociq; partis fortunæ. Quum autem hoc non euenierit dominiū, si natiuitatē coniunctio præcessit, accipiemus ascendens. Si autem præuentio præcesserit, fortunæ partem. Quòd si fuerint utraque luminaria, & qui secundum conueniens aliaz dispositio fuerit in locis Alhileg, conuenit, ut ex luminariibus, illud quod in loco maioris & fortioris potestatis fuerit, sumamus: dispositore autem eligere super luminaria, nulla-

nullatenus cōuenit, nisi quū in loco maioris et fortioris dignitatis fuerit, habens
 in dispositione secundū duo alahiz autoritates. Quumq̄ patuerit Alhileg, duas
 eius species nobis cōueniet: quarū altera est secundū signorū successione solum,
 modo, altera uerò et secundū eorundē successione, & in successione cōtrarium.
 Illā que est solummodo secundū successione in qualitate, que radiorū p̄iectio nun-
 cupat̄, nos obseruare cōuenit: que tūc esse dicit̄, quū Alhileg in locis oriētalib. id
 est, à cœli medio usq; ad ascēdens fuerit. Illā uerò, que secundū successione, & in
 successione contrariū existit, ea in qualitate, que Græce † utine appellat̄, cōside-
 rabimus. hæc quidē est, quū Alhileg in loco recedēte à cœli medio fuerit. Et quū
 taliter ista fore p̄cipient̄, gradus interitū significātes secundū Alhileg, q̄ est in spe-
 cie, quā secundū signorū antecedentia inuenerimus, erit gradus occidēs eo solū-
 modo, quod ipse uitē dominiū occultat, secundū stellarū gradus ipsi eidē alhileg,
 que sic inuēta fuerit, adplicantiū, aut eidē testificantīū, ob hoc scilicet quod ipse
 collectis numeris superaddūt, & minuūt usq; ad horā que ceciderit Alhileg, p̄ter
 quod nō occidēt, eo quod ad locū hyleg ipsa nō erunt, sed ipsa uadit ad earū
 loca. At illæ que semper addunt, fortunæ: quæ uerò minuunt, infortunæ dicunt̄.
 Mercurius iterū erit cum stellis, quibus associabitur in figura. Numerus autē au-
 gmētī uel diminutionis ex locis graduū uniuscuiusq; eorum deprehēdetur. Ipse
 etenim secundū numerum tēporum horarum, que unusquisq; gradus eorū habu-
 erit, inueniēt. nā quum tēpus diurnum fuerit, tēpora diurnaliū horarum attribue-
 mus: quumq̄ nocturnū extiterit, tēpora nocturnaliū horarum attribuemus, se-
 cundum quorum quantitatē erit numerus annorū perfectorum. quod intelligē-
 dū est esse dictū, quū in ascēdente fuerint, post hoc secundū ipsius elongationē
 ab ascendente. numerus itaq; ex ipso, quum ad occidētis punctū peruenerimus,
 nihil remaneat. At secundū Alhileg, que est in specie, quam secundū signorū suc-
 cessione inuestigamus, loca stellarum infortunarū, id est, Saturni & Martis sunt
 pereuntia, quum corporaliter ad hyleg p̄uenerint, uel quū radios ex quolibet i-
 storū locorū p̄iecerint, id est, ex locis quartę ac oppositę radiationis, & fortassis
 ex sextilib. q̄ obediunt aut aspiciunt, & æquant̄ in fortitudine. Itē etiā quartus a-
 spectus loci Alhileg, que est secundū signorum successione, occidet iterū, & for-
 sitā idē operabit̄ sextilis, quū infortuna fuerit, & quum ex signo multarū ascē-
 sionum extiterit. similiter quoq; faciet trinus, quū fuerit in fortuna, & in signo pau-
 earū ascensionū māserit. Quūq; Luna fuerit Alhileg, interficiet Solis locus quā-
 doq; eo q̄ quum Sol ad locū Alhileg istius speciei p̄uenit, interficiēdi & saluādi
 uim habebit. ibit em̄ ipse ad locū Alhileg. Nec nobis existimare cōuenit, q̄ hæc
 loca necessariò semper occidāt. nā nullatenus occidēt, nisi quum infortunabunt̄
 solūmodo. Quia prohibetur hoc, quum unius fortunarum terminus fuerit, uel
 quum altera fortunarū ex quarto uel trino, seu ex oppositione ad ipsum gradum
 qui occidit, seu ad gradum qui post ipsum succedit, radios proiecerit, ita quod in
 proiectione radiorum Iouis plus quam 2 gradus ipsum non transgrediantur, nec
 Veneris plus quam octo. Similiter etiam ita eueniet, quum cōiungetur Alhileg
 stelle, cui corporali cōditioni adhibebit: nec eorum duorū latitudo fuerit eadem.
 Quum autē stellæ saluantes uel adiuuantes aut interficientes duæ uel plures fue-
 rint, in unoquoq; istorum duorum, cōuenit ut secundum rerum ea iuuantiū mul-
 titudinem ac eorundem fortitudinem, id quod ipsorum duorum fortius est, ob-
 seruemus. secundum multitudinem igitur quum altera duarum specierum plus
 quam altera fuerit, augmentatione manifesta, secundū fortitudinem uerò quum
 stellæ que iuuant uel interficiunt, in locis sibimet cōuenientib. fuerint, nec in hu-
 iusmodi locis aliæ permāserint, maximē autem quū stellę unius speciei fuerint o-
 riētales, alteriusq; speciei stellæ occidētales. Quapropter eorū qui sunt sub radijs
 in occidendo, iuuādo ac saluando nos nihil generaliter oportet obseruare, nisi ut
 Luna sit Alhileg. tūc etenim ipse idē locus solis erit interfector, & tūc etiā in for-
 tuna que cū ipso fuerit, eū impediēt, & nulla fortunarū eū adiuuerit, cōsiderabi-
 mus. Numeros aut̄, qui sunt secundū longitudinē, quā inter locū Alhileg & locū
 absciso-

abscessorem, inuenimus, ut dissolutè & qualitercunq; sumatur, minimè conueniat. Quemadmodū plurimi faciebāt, qui secundū quantitātē temporū ascensionum graduū illius lōgitudinis hoc semper esse dicebant, nec etiā ut hoc aliquo tēpore cōsideremus, nisi quū ascēdens fuerit ipse locus † Alhileg, uel unus locorū ascen- *aliās, Hileg.* dentiū ad ascendēs. Illos igitur, qui naturali cōsideratione hāc speciē obseruauerint, omnib. modis unū obseruare cōuenit, scilicet quot temporū ex æquinoctialis circuli tēporibus erit locus stelle uel figure sequētis loco stelle, uel figure præcedētis in natiuitate, eo q; æquinoctialis circuli tēpora circulū horizōtis et meridiei lineā equaliter perābulant, qui duo sunt, per quos cōsimiles lōgitudines locales accipiunt, unū quodq; uerò æquinoctialis circuli tēpus loco unius anni solaris constituit. Cōuenit igitur, ut quū ipse locus Alhileg præcesserit, & super orientālē circulū horizōtis fuerit, tēpora ascensionū graduum ab ipsa hora usq; ad horā quę interficit, accipiātur, ob hoc quòd post hāc quantitātē temporis æquinoctialis circuli, in loco Alhileg, qui est orientālis circulus, horizōtis erit interfectior: quumq; fuerit Alhileg in linea mediū diei, & ascēssiones circuli directi, secundū quas erit tēpus transitus illius partis circuli signorū, in circulo mediū diei accipiantur oportet. Quum autē in occidentali circulo horizōtis fuerit, numerū temporū, in quibus una quæq; illarū longitudinū cadit, & occidit, accipiemus, quod est sicut numerus graduū ascensionū partiū circuli signorū, quæ sunt istius opposita. At si locus Alhileg quū præcesserit, non in aliq; istorū triū, sed in locis inter ipsa cōstitutis fuerit, præfatū tēpus accessionū, & tēpus occasus, ac tēpus trāsitus per cœli mediū, non erunt illa, in quibus loca sequentia ad loca præcedētia, sed erūt in quibus ad differētia loca peruenerint, eo quòd locus, ad quē uadit sequēs, loco in quo fuerat præcedēs, nec similis, nec talis, qualis ipse est, dijudicatur, nisi quum eius positio ipsius positioni assimilabit: & eius pars, respectu horizōtis, & cœli mediū, quemadmodū ipsius pars fuerit. Et cōtingit etiā, ut respectu horū duorum una sit eius positionis, quū fuerit prope loca quæ sunt supra semicirculū ex circulis per locū communē circulo mediū diei, & circulo horizōtis trāsēuntibus: & hi sunt quorū unusquisq; unā temporalē efficit horam, æquales adinuicē ferē. Quū autē hic semicirculus præfatū locū communē circūrotauerit, erit eius positio quādoq; sicut positio hemisphærī, quādoq; uerò sicut positio circuli mediū diei: eruntq; tēpora, in quibus circuli signorū partes, hæc duo loca pertrāsibunt, in equalia: tēpora uerò in quibus partes circuli signorū hūc semicirculū transgredient, quū in certis locis alijs extiterit, quę differentiū sunt longitudinū, erunt differentia. Generalē autem modū, per quem operabimur, ponemus hoc quod subiungitur, uidelicet, quum præcedens duorum prædictorū locorum in ascendente, uel in circulo mediū diei, uel in occidente, siue in alio loco fuerit, solus ipse locus sequens ibit ad præcedentem, secundum tempora quæ per ipsum eundem antecedentem locum pertransibunt. Nam cognito gradu mediū cœli, ac gradu præcedentis, necnon & sequentis, locum antecedentis gradus prius inuestigando cōsiderabimus, quot tēporalibus horis à mediū diei circulo distat, numerādo ascensiones, quæ sunt sub gradibus, qui sunt inter hunc & cœli mediū gradū, qui super terram uel sub terra in circulo directo constituitur, post hoc eas per numerum temporum horarum, quem præcedens gradus habuerit, diuidemus. Quòd si super terram fuerit per diurnalium horarū tempora, & si terra fuerit per horarum nocturnalium tempora, & quod exierit, erunt horæ ipsius lōgitudinis à mediū diei circulo. Quapropter quia circuli signorū partes, quarum lōgitudō est circulo mediū diei, est una eademq; quantitas numeri temporalium horarum, sunt cadentes super unum & eundē semicirculū ex præfatis circulis: oportet ut sciamus in longitudine, quanti temporis ex temporibus æquinoctialis circuli lōgitudō, gradus sequentis à linea mediū diei, reddet horas temporales æquales, in numero horis longitudinis gradus præcedentis à circulo mediū cœli. Quum que hoc sciuerimus, considerabimus quot temporum ex æquinoctialis circuli temporibus fuerit lōgitudō gradus sequentis à gradu mediū cœli, quum positio gradus

gradus sequentis prima positio fuerit. Hoc autem ex ascensionibus circuli directi deprehendemus: post hoc igitur obseruabimus, quanta erit eius longitudo, ab eo iterū quod suarū temporalium horarum numerus, quæ sunt, inter eum & mediū diei circuli erit, sicut funthoræ gradus præcedētis, istarū horarum numerū, in numerū temporū horarū sequētis multiplicādo. At si horæ quæ nobis extiterint, respectu mediū cœli, quod supra terrā est, acceptæ fuerint, ea per quæ multiplicabimus, erunt tēpora diurnaliū horarū. Si autē fuerint respectu mediū cœli, quod est sub terra, per nocturnaliū horarum tēpora multiplicabimus. deinde id quod inter utranq; longitudinē ex superatione unius ad alterū exierit, accipiemus, quia ipsum erit numerus annorū quæsitōrū. Et ut hoc quod diximus, sit euidentius, Arietis principiū locus præcedēs ponatur, locusq; sequēs sit Geminorū initium. Clima etiā, in quo fuerimus, quemadmodū & illud, cuius dies longior est, quatuordecim horarum, tempora igitur horarū, principiū Geminorū erunt ferè decē & septem, ascēdatq; primitus Arietis initium, ita quod Capricorni principiū sit in cœli medio. tūc etenim erit longitudo Geminorum à medio cœli, quod est super terrā 148 temporū, ex æquinoctialis circuli tēporibus: & quia longitudo initij Arietis à medio cœli, quod est super circuli mediū diei, est sex horarū tēporalium, quum eas in 17 tempora multiplicauerimus, quæ sunt quātitas temporū horarū initij Geminorū, eo quod longitudo 148 tēporum nō est nisi respectu mediū cœli, quod est super terrā, erit tēpus huius longitudinis 102 temporū. Sequens igitur locus post tot tēpora, quot sunt tēpora superationis, quæ sunt 46, ad præcedentem locum mutabitur. tēpora igitur ascensionū Arietis & Tauri tot sunt ferè, quot et ista tēpora. Hoc autē ita positum est, ut si locus Alhileg, sit ipse locus ascēdens, sit iterū cœli mediū Arietis initium: ita quod si primā positionē initij Geminorū, longitudo à medio cœli quod est super terrā, sit æquinoctialis, circuli tēporibus 58 temporū. Quapropter in hoc secundo loco nobis obseruare cōuenit, quādo erit ea, in quibus Aries & Taurus mediū diei circuli abscindūt. Ideoq; mediā diē accipimus sic, quādoq; ibidē Alhileg esse ponimus. Itē si occidens Arietis principiū super eundē modū, ita quod initium Cæcri sit in cœli medio, & longitudo principiū Geminorū à medio quod super terrā est, sit secundū signorū accessiōnē 32 tēporū ex æquinoctialis circuli temporibus. Rursus quia longitudo principiū Arietis à mediū cœli circulo uersus occidentē est 6 horarū temporalium, quū eas in 17 multiplicauerimus, habebimus 102, tēpora quæ sunt à mediū diei circulo Geminorum initij longitudo quum occiderit, eratq; iam ipsius longitudo uersus hanc eandē partem, quū in suo primo loco fuerat 32 temporū. Probatū est igitur, ipsum ire ad occidentalē locū in superatione, quæ est inter hæc duo tēpora, quod est tempus occasus Arietis & Tauri, ac tēpus ascensionū duorū signorū eis oppositorum, quæ sunt Libra et Scorpius. Itē non sit Arietis initium in angulorū aliquo, et ponamus eius longitudinē uersus partē præmissam à circulo mediū diei triū horarū temporalium, ita quod mediū cœli sit 18 gradus Tauri, sitq; Geminorū principiū longitudo, quum in suo loco primo fuerit à medio cœli, quod est super terrā secundū signorum antecedentiā 13 temporū, ex æquinoctialis circuli temporibus. Cum autē 17 tempora in tres horas multiplicauerimus, erit Geminorū initij longitudo à medio cœli circulo, quum ad secundum locum peruenerit, secundum signorū successiōnem quinquaginta & unum tempora. erunt quidem hæc omnia tempora 64. Et iam perambulauerat locus Alhileg, quū in ascendente fuerat 46. in medio autem cœli 58, in occidente uerò 70. Differunt itaq; numeri temporum qui sunt, quum inter occidentē, cœliq; mediū eius locus fuerit, ab unoquoq; numerorū qui tūc sunt, quā ipsius locus aliter quā nunc diximus extiterit. est enim 64 temporū, & secundum 3 horas adiectionis est eius differentia, eo quod superatio temporū quæ nobis extiterat, quum per angulos operabimus, qui sunt de quarta in quarrā, circuli 12 temporum fore non dubitatur: quumq; trium horarum longitudo fuerat, 6 temporū erat superatio. Modum autem his omnibus rebus conuenientem, si agendo prosequemur, licet in hac leuiori apertioriq; uia, quam

quàm mox enarrabimus, conuenienter uti possumus. Cum accedens igitur gradus fuerit oriens, ascēssiones quæ ab ipso usq; ad sequentē extiterint, in hoc obseruabimus. Cum autē in cœli medio fuerint ascēssiones circuli directi, cōsiderabimus: cumq; fuerit in occidente, aspiciemus illorū graduum occidētia. At cū inter hæc loca steterint, & erit exēpli causa, in supraposita longitudine Arietis, tēpora superationis unius ad alterum eorum, scilicet quæ debētur unicuiq; duorum angulorū, qui formātur ex utraq; parte Arietis, primitus accipiemus. Quapropter quia principium Arietis est inter angulum mediū cœli, & angulum occidentis, (erat enim positū ipsius initium post mediū cœli, quod est super terram) accipiemus tēpora, quæ signo geminorū debētur: si foret Aries in cœli medio quæ sunt 58. sumemus tempora, quæ debentur ei: si foret Aries in occidente, quæ sunt 70. Cumq; sic factū fuerit, eorum superationes accipiemus, & tunc quod horarum teporalium lōgitudō præcedentis puncti, ab utroq; duorū angulorū ei intrinsecus positorū inuenta fuerit, & quanta sit eius pars, ex 6. horis temporalibus, quæ quāta sunt, obseruabimus, & secundum ipsius partis quantitātē ex superatione, quam inter duos angulos inuenerimus, accipiemus. Quod autē acceptum fuerit ab angulo, cui relationē fecimus, minuendum uel addēdum fore decreuimus. Verbi gratia: Quoniā augmentū quod fit per has 6. horas positas, 12. temporum fuerat, & quia præcedentis loci lōgitudinē ab uno quoq; duorū angulorū trium horarū tēporalium, quæ sunt medietas de 6. posuerimus, accipiemus dimidiū 12. quod addimus supra 58 uel minimus ex 70. inuenimus augmentū esse 60. quod si fuerit huius loci lōgitudō à quolibet duorū angulorū, duarum tēporalium horarū, quod est illarū 6. horarū pars tertia, tertiā partē de 12. quæ superatio sunt, accipimus, quod est 4. Si autē illæ horæ lōgitudinis à mediō cœli longitududo fuerint, addimus illa 4. tēpora super 58. Si uerò fuerint lōgitudō ab occidēte, illa eadē 4. de 70. minuemus. Idoneū est igitur, ut ex hoc modo quantitates tēporū prædictarū longitudinū, sicut cōuenit & oportet, addiscamus. Remāsit autē nobis unam quanq; speciem rerum præmissarū ipsi alhileg obuiantū notificare, quæ illarum quæ breuioris sunt tēporis, fuerint occidentia, & quæ fuerint ex his quæ uocantur † felimecaturam, & alia etiam quæ obuare dicuntur. Cuius rei cognitio erit ex scientiā iniquæ obuiationis impediētis, & bonæ iuuantis, quæ secundum mox præditum modū euenire dicuntur, necnō ex initijs annorum sequentium, super quos locus ille, qui ipsi alhileg obuiauerit, significationem habere nō dubitatur. Nam cū iniqua & infortunata fuerint obuiationis loca, fuerintq; loca stellarum in annorum subsequēntium initijs, impediētia loca dominantia, illud quod inde proueniet, ueraciter esse mortē, nobis scire nō est incongruum. At si alterum istorum duorum tantum horum fuerit, id quod inde continget, magnā felicituram esse non dubitamus, quæ sunt impedimenta grandia magni timoris. Quod si utraq; bona fuerint, pigritiē & debilitatem, uel impedimentum, aut exulationem seu peregrinationes inde contingere manifestum est. Proprias autē species in unaquaq; istarum rerū contingentes, ex similitudine loci rei obuiantis rebus natiuitatis deprehendemus. Et cum quandoq; dubitauerimus, qui locorum earū interfectores esse debeāt, nihil nobis prohibere poterit, qui existimemus & obseruemus res, quæ in unaquaq; re nati perueniunt ad alhileg, & in hoc quod inde futurū est, id quod ei assemblatur, quod ex accidentibus iam contingit & apparuuit, prosequemur, eorumq; modū omniū cōsiderabimus, eo quod modus in perfectione eorū quæ per ea cōtingunt, æqualis fortitudinis est in omnib. Secundū hoc igitur nostrā inuestigationē, et eorū augmētū ac dimīnutionē cōstituemus.

DE FORMA ET FIGURA CORPORIS NATI, AC DE ipsius complexione. Cap. XI.

Post electionis uitæ perfectionē, formam & figuram corporis ex rebus particularibus, sicut ordinatim cōuenit, enarrare primitus incipiemus, eo quod corporis qualitates naturaliter animæ qualitates præcedunt: ideo quia cum corpus ipsius sit, quàm plura in eo apparentia, quæ ipsius coadunationi sunt propria,

E

pria,

Alias, climaticos.

pria, cū ipso nascuntur. In anima uerò non apparēt, nisi esse quæ per primā occasiō nē post natiuitatē & creationē ipsa fuerit pedetentim. Illa quidē, quæ sunt extra corpus, multo pōst in futuro tēpore post ista contingunt. Conuenit autē nobis in uniuersalitate rei horizontem orientālē, & stellas quæ ipsum sequuntur ex erraticis, uel dominos dispositionis ex ipsis eo modo, quo prædiximus, obseruare.

In rei uerò particularitate esse Lunæ, uelut hic iterum nobis cōsiderare cōuenit, eo quòd forma, modusq; corporum nō nisi ex natura figurarum istorū duorum locorum, & ex figuris planetarū, qui sunt eorū dispositores, ac ex cōmixtione eorū quæ sunt in unaquaq; ipsorū specie, necnō ex figura stellarum fixarū cum eis ascendentiū deprehēditur. Et illæ quidē, quarū uires aliarū uires præcedūt, sunt stellæ dominatrices dispositionis, quas pōst adiuuat iterū qualitas ipsis eisdē locis propria. Res particularis, quæ leuiter & absolutē ex eorum modis enunciari potest, est id quod subiungitur. Primum ergo quod in stellis dicimus, est quod cum Saturnus orientalis extiterit, subaudi & fuerit dispositor solus, erit natura in figura mellini coloris, mediocrisq; crassitudinis, pili eius erunt nigri, capilliq; capitis crispī, pectorisq; pili spīsi, oculi mediocres, corpus temperatæ magnitudinis, & super ipsius complexionem uincet frigiditas & humiditas. Quumq; fuerit occidentalis, erit natus subniger, macilentus, parui corporis, planos & raros habens capillos, apte coadunationis, oculi eius nigri, & in ipsius cōplexione uincet siccitas. Cum Iupiter autē dominus dispositionis locorū prædictorum extiterit, & orientalis fuerit, erit natus albi coloris, & cōuenientis mediocrisq; capillaturæ, oculi eius mediocres, aptæ staturæ, quantitatisq; moderatæ. in eius complexione calor & humiditas præualebunt. Sed si fuerit occidentalis, erit albus, præter quod non adeò erit aptæ albedinis, ut supra diximus. erūt etiam illius capilli plani, & ex anteriori parte caluus, oculi mediocres, & ipse corporis mediocris. uincet in istius complexione humiditas. Cumq; Mars orientalis extiterit, albedinis & rubedinis erit eius forma, particeps bonæ quantitatis & idoneæ carneitatis. oculi eius uarij, capilli spīsi & mediocres. in ipsius complexione præualebunt calor & siccitas. Si occidentalis autē extiterit, natus tantum rubei coloris erit, & moderatæ quātitatis corporis, paruos habēs oculos, & raros ac planos capillos, ac flauos. uincet in eius cōplexione siccitas. Veneris quidē opera, Iouis operibus assimilatur, præter quòd ea quæ per ipsam cōtingūt pulchriora sunt, & magis recipiuntur, eiusq; pulchritudo mulierū pulchritudini magis assimilat. erit etiā melioris figure, & cōuenientioris qualitatis animæ, corporisq; mollioris est. Itē ex ipsius proprietatibus est oculos subruffos & idoneos facere. Cū Mercurius item orientalis extiterit, natus colori mellis assimilatur, eritq; in quantitate corporis moderatus, aptæ coadunationis, paruorum oculorū, capillos habēs mediocres, & illius cōplexione calor præualebit. Sed si occidentalis fuerit, erit natus subnigredinis, croceiq; coloris participans, macilentus, uocē habens exilē, & cauos orbes. erit etiā ipsorū oculorū pupilla uelut pupilla oculi caprini, declinans rubedini. In ipsius cōplexione siccitatē præualere nō dubitatur. Vnāquamq; uerò istarum stellarū adiuuat. Sol & Luna cū eis associātur in figura. Sol etenim adiuuat in figura & formositate, ac in corporis pinguedine. Luna uerò generaliter iuuat in tēperie & macie uel humiditate, maximē autem cum ab eo separatur, particulariter etiā erit eius auxiliū secundū proprietates illius, quod ei inest ex lumine, quemadmodū in huius libri principio narrauimus. Stellæ itē generaliter cum matutinales fuerint, & apparuerint, magna corpora faciēt: & cum in statione prima fuerint, uigorē ac fortitudinē eis tribuēt: cumq; præbunt, ea cōtemperabūt: & cum in secunda statione se mouerint, illa debiliora faciēt: cū autē occiderint, eorum miserā & impedimenta, ac grauitates operabuntur. Ipsa iterū eadē loca, in quibus fuerint, nati formam & figuram, eiusdemq; complexionem, ut prædiximus, adiuuabunt. uniuersaliter etiā quarta, quæ à puncto æquinoctiali uerna li usq; ad solstitialem æstiuale producitur, natum boni coloris, statusq; cōuenientis, aptæq; carneitatis, oculorum bonorum fore demonstrabit, & in ipso calor & humiditas

Forma hominis unde.

Saturni cōplexio.

Iouis.

Martis.

Ven.

Mercur.

☉ ☽

humiditas præualebunt. Quarta uerò, quæ à solstitiali æstiuali, usque ad æquinoctialem autumnalem punctum distenditur, temperatam & mediocrē corporis quantitatem & competentem carnitatem, grandes oculos, spissos capillos, atq; crispas nato donabit. uincet in eo calor & siccitas. At quarta, quæ à puncto æquinoctiali autumnali, usq; ad solstitialem hyemalem protrahitur, colorem mellinum, atq; maciem, gracilemq; uocem, spatulas amplas, capillos mediocres, aptos oculos natum habere designabit: & in eo frigiditas & siccitas præualebunt. Quarta autē, quæ à solstitiali hyemali usque ad uernalem punctum æquinoctialem collocatur, nigrum colorem, & temperatam corporis quantitatem, planos capillos & raros, aptamq; coadunationem nato dare non dubitabimus. uincet in eo frigiditas & humiditas. Particulariter autem loca, quorū figura figuris humanis assimilantur ex figuris, scilicet inter circulum signorum & extra conformatis, aptæ & temperatæ coadunationis corpora conformabunt. Illa uerò, quorum figuræ non sunt uersus temperiem corporis, in hoc, quod eorum figuris assimilantur, imitari probantur, & eorum membra suis membris qualibus assimilari similitudine faciunt. ea nanque ad magnitudinem uel paruitatem, ad fortitudinem quoque seu debilitatem, ad conuenientem uel inconuenientem coadunationem faciunt fore procliuora. Nam illa quæ ad magnitudinem ea producunt, sunt, ut Leo, Virgo, Sagittarius: ad paruitatem, ut Piscis, Cancer, & Capricornus. Item id quod ex Ariete, Tauro, Leone, uersus eorum initia, & in altiori arte fuerit, ad pinguedinem membra faciet meliora & procliuora. Quod autem uersus inferiora, & eorum extrema locatur, ea maciei magis applicat. In istorum uerò contrario, id quod ex Sagittario, Geminis, & Scorpione uersus sua principia ponitur, ad maciem declinare facit: & illud quod istorum extrema sibi uendicat, facit ea ad pinguedinem procliuora. Item Virgo, Libra, & Sagittarius uersus temperiem & bonam coadunationem corpori producunt. Scorpius autem, Pisces, & Taurus illa remouent à temperie. Aliarum itaq; figurarum qualitates & aliter obseruare, easq; ad inuicem conferre, & proprietates in forma corporum & eorundem complexione, & earum omnium rerum commixtione coadunatas nobis inde conijcere conuenit.

DE IMPEDIMENTIS ET INFIRMITATIBVS NATI
accidentibus corpori. Cap. XII.

Quoniam enarratio impedimentorum & infirmitatum accidentium corpori, præmissa subsequitur, hanc inuestigando speciem profequitur, quæ est ut subiungitur. Cum in isto loco hoc iterum generaliter scire cupimus, duos angulos hemisphærii, qui sunt ascendens & occidens, propriè autem ipsum eundem occidentem, illud etiam quod ante ipsum est, quod id esse manifestum est, cuius nullam cum ascendens angulo colligationem fore dicimus, duas quoq; stellas infortunatas, & qualis sit earum qualitas, respectu horum locorum, nos obseruare conuenit. nam cum utraq; uel earum altera, respectu graduum ad loca prædicta ascendentium, in ipso eodem loco, uel in eius quarto seu opposito aspectu fuerint, infirmitates & impedimenta in ipso nati corpore contingentia euenire non dubitabimus: maximè autem, cum alterum uel utrumq; luminare fuerit in angulis, eo modo quo prædiximus, uti in eodem secundo, uel duobus ad inuicem oppositis sit utrumq;. tunc etenim non solum confortatur infortunarum alterum, cum ad eos ascenderit post luminaria, & in angulo fuerit infortuna, ad aliqua ex prædictis infirmitatibus faciendum, ut infirmitates quas hemisphærii loca significant, & loca signorum, naturæq; stellarum infortunantium & infortunarum: stellæ quoque quæ eis associantur in figura, uerumetiam super hoc iterum confortatur, cum ascenderit ante luminaria, eo quod uniuersusq; signi partes circundantes partem recipientem, lumen ex hemisphærii partibus. dico partem impedimenta suscipientem, eam corporis partem, in qua futurum cōtinget, significant. designant etiam, utrum id, quod eueniet, impedimentum sit uel infirmitas, aut utrumq;. Naturæ quoq; stellarum impedimēta & casus specificant,

Que membra
cuiq; planeta-
rū ascribantur.

eo quòd Saturnus habet ex dignioribus partibus hominis auditū dextrum, sple-
nem, uelicam & flegma. Iupiter uerò tactum, pulmonem, costas, cartilagineas, ac
sperma. Mars autem sinistrum auditum, rigones, uenas, & testiculos. Sol ui-
sum, cor, & cerebrum, neruos, & omnia dextræ partis mēbra. Venus odoratum,
epar, carnem. Mercurius locutionem, deliberationem, memoriam, linguam, fel,
atq; nares. Luna gustum, & deglutitum, stomachum, uentrem, mulierum puden-
da, & omnia sinistræ partis membra. Impedimenta uerò generaliter contingent
in maiori parte, cum infortunatrices stellæ, quæ sunt eorū occasio, fuerint orien-
tales. Infirmittates autem eueniēt, cum eadem stellæ fuerint occidētales, eo quòd
inter utrumq; istorum duorum, est separatio. nam impedimenta non nisi semel
contingent, nec multum durabunt; infirmittates uerò, uel semper durabunt, aut
reciprocando contingent. In rebus uerò, per quas accidentia particularia depre-
hēduntur, cum ipsæ propriè experimentatæ sunt, & obseruatæ figuræ, & quali-
tates inuentæ sunt, infirmittates & impedimenta significantes. quod deprehen-
sum est ex accidentibus, quæ sequuntur, & accidunt in parte maiori, secundum
consimiles positiones stellarum in qualitibus. Erit enim in altero oculorum ui-
sus amissio, cum Luna sola fuerit in prædictis angulis, fueritq; in ipsa hora con-
iunctio uel præuentio, uel cum fuerit in alia figura cum Sole, & habuerit alicti-
fal, cum aliqua stellarum alaceha, quæ nubibus assemblantur, & sunt in signorum
circulo, uelut stella nubilosa, quæ est in Cancro, & athoraie quæ est in Tauro, &
cacumen sagittæ Sagittarij, cauda quoq; Scorpionis, & id quod est circa aldhaf-
ra ex partibus Leonis, necnon calbez Aquarij. Cumq; Luna fuerit in aliquo an-
gulum occidentalē, fueritq; Mars solus orientalis, uel Mars & Saturnus orien-
tales, euntes ad eam à longè, uel si Sol fuerit in angulum aliquo, & ante eum
hæ duæ stellæ ascenderint, uel si duobus luminaribus associantur in figura, & u-
trumq; luminaria in uno eodemq; signo, uel in oppositis, & respectu Solis, ma-
tutinales extiterint, Lunæq; respectu uespertinales, in utroq; oculo futura con-
tingent. Per Martem igitur, id quod ex amissione uisus prædiximus, eueniet ali-
quo actu, uel ferro, aut combustione. Et si Mercurio fuerit associatus in figura,
continget hoc ex luctamine, uel ludo, siue per hoc, quod ei ab iniquis fiet. Satur-
nus autem faciet hoc ex oculorum albugine, uel frigiditate, aut iaculatione, &
ex his similibus. Item cum Venus in aliquo prædictorum angulorū, & propriè
in occidentali fuerit, & extiterit cū Saturno, uel ei in figura associata fuerit, suaq;
loco commutauerit, & fuerit Mars eleuatus super eam, uel in eius oppositione,
continget ex hoc hominibus non habere filios, mulieribus abortum, & partus
intempestiui. Quandoq; etiam puerorum detrucciones inde contingent, &
propriè in Cancro ac Virgine, & in Capricorno: & cum Luna ab oriente habue-
rit alictifal, cum Marte. Quod si hoc iterum modo Mercurio & Saturno Venus
associetur, eleueturq; super eam Mars, uel sit in eius oppositione per diametrum,
natus erit absq; testiculis, aut hermaphroditus, uel clausus. Et cum hoc ita fuerit,
& Sol iterū in figura fuerit associatus, & masculina fuerint luminaria, & Venus,
& Luna occidentalis, infortunatq; in gradibus sequentibus, si natus fuerit mascu-
lus, ementulabitur, uel in suis impedimenta testiculis accidēt. Maximè autē cum
hoc in Leone, Ariete, siue in Scorpione aut Capricorno, seu Aquario fuerit. Si
fœmina uerò fuerit, erit sterilis, & forsan istorū aliquis oculorū impedimēta non
effugiet. Nati quidē, quorū linguæ tenentur in loquendo, & qui balbutiētes exi-
stūt, sunt hi, quib. Saturnus & Mercurius in prædictis angulis cū Sole fuerit, ma-
ximè quidem cum Mercurius occidētales extiterit, & uterq; Lunæ in figura asso-
ciatus fuerit. Mars autē si cum his duobus stellis fuerit, ex quo Lunæ associetur,
suarum linguarū tenacitatem in parte maiori denodabit. Item cum ad infortuna-
trices stellas in angulis infortunatis iuerint luminaria, uel cum in opposito lumi-
narium infortunatrices fuerint, propriè autē cum Luna fuerint in altero duorum
nodorum, uel in casion, aut in signis infirmantibus, ut Aries, Taurus, Cancer,
Scorpius, & Capricornus, contingent corpori gibbositatis impedimenta, uel ali-
cuius

Pueri balbutiē-
tes.

cuius mēbri destructiones, ut claudicatio, deficcatio, aut disiunctio. Quod si fuerint cum luminaribus infortunatrices, ab ipsa horū partus, hæc eadē impedimenta contingent. Si autē in cœli medio fuerint, & super luminaria eleuētur, fuerintq; loca earum in longitudine cum eis, aduenient hæc impedimenta per accidentia maxima, plena timoris: ut præcipitatio, uel casus in manus latronum, seu per quadrupedia. Et si Mars eleuatus extiterit, & dominetur, ex combustione ignis, uel ex plagis maximis, siue quia in latronū manus incidet, hæc cōtingent impedimenta. At si Saturnus eleuetur & dominetur, hæc eadē accident impedimenta ex præcipitatione, uel submersione, aut ex paralyli. Impedimenta quidem, quæ frequentius accidunt, cum Luna in duobus punctis æquinoctialibus, & duobus solstitialibus existit, sunt hæc. Cum fuerit itaq; Luna in puncto æquinoctiali uernali, impedimentū inde contingens erit propriē morfea: & si fuerit in puncto solstitiali æstiuo, erit impetigo: & in puncto æquinoctiali autumnali, erit albaras: at si fuerit in puncto solstitiali hyemali, frequentius inde contingens erit lentigo, & similia. Accidunt autem infirmitates, cum infortunæ prædicto modo associantur in figura Soli uel Lunæ, modo tamen contrario, id est, ut Soli associantur, & sint matutinales: & associantur Lunæ, & sint uespertinales. Illud autem, quod generaliter ex infirmitatibus continget, est id quod subiungitur. Complexionem uentris nati, faciet Saturnus frigidam, & ualde pnegmaticam: aut ex humoribus ad membra discurrentibus, macilentum, morbidum, & ictericum: plagam etiam in intestinis, tussim, sputum, cauleg atque lepram: & cum his omnibus accidet mulieribus doloruulæ. Mars autem sputum sanguinis: & melancholiam, quæ ex nigris coloribus prouenit: apostemata in pulmone, atque scabiem. & cum hæc accidunt, ei semper impedimenta ex incisionibus & adustionibus in eo factis, propter infirmitates, quas in occultis locis patientur, ut sunt ficus atque fistulæ, & id quod in corpore nascitur & amplificatur, aut quemadmodum sunt ulcera calida, ignea, necnon & ulcera quæ corrodendo crescunt: mulieribus etiam cum his accidunt puerorum abortus, & eorum detruncationes. Prædictæ quoq; naturæ stellarum, quæ adinuicem associantur in figura, proprias infirmitates in mēbris corporis quandoq; faciunt, quas in augmento maliciæ Mercurius adiuuat. Saturnum enim iuuat in infrigidando, & propriē in decursu humorum ad membra, & in eorū nocumentis. Maximē autē in his quæ ad palatū & pectus atq; stomachū discurrunt. Martē uerō iuuat in desiccando, & in his quæ ex desiccatione proueniunt: ut sunt crustæ ulcerū, & escare, dubaillet et herisipila, & impetigines iniquæ, melancholia, phrenesis, epilepsia, & his similia. Hæc iterū habent quādoq; proprietates secundū signorū differētias, in quib. fuerit earū societas in prædicta figura, quæ super duos angulos fuit. nā Cancer, Capricornus, & Pisces, & omnia signa, quorū figuræ syluestribus animalibus atq; piscibus assimilatur, infirmitates propriē generāt, quæ corrodedo augmētant, impetigines quoq; exoriationes, scrofulas, fistulas, lepras, & his similia. Sagittarius autē & gemini faciūt casum & epilepsiā, & his similia. Cumq; in postremis partibus signorū stelle fuerint, accidēs infirmitas propriē in corporis extremis apparebit. quod euenit propter impedimenta ei cōtingentia, & propter humorū decursus, per quos lepra prouenit, & secundum maiorem partē podagra & chiragra inde contingit. Cum hæc ita fuerint, si fortunæ nō associantur in figura stellis infortunantibus, quæ sunt horū occasio, nec luminaribus etiam in angulis existētibus, erunt infirmitates, & impedimenta inde prouenientia ualde grauiā & incurabilia. Idem iterum eueniet, cū eis associantur in figura, & super eas eleuate fuerint fortunæ, uel magis fortes. Cum autē in suis dignioribus figuris & fortiores infortunij, quæ sunt operum occasiones, fortunæ fuerint, tūc non erunt impedimenta turpia, nec ad uerecundiā. erunt etiā infirmitates leues, quæ citō quiescūt. hoc similiter eueniet, cū fortunæ fuerint oriētiales. Iupiter etenim occultat impedimēta, & quiescere facit infirmitates aliorū, auxilijs ei causa pecuniæ uel probitatis attributis. Cumq; fuerit cum Mercurio, delebit infirmitates cum medicaminibus, uel per iustorū medi-

Luna in punctis æquinoctialibus.

corum medelas. Venus autem decorabit impedimenta, parte quadam decorationis causa, diuinis occasionibus uel prophetijs. infirmitates quoque quoquo modo lenit, & eas medicaminibus diuina occasione prouenientibus cessare facit. At si Saturnus cum ea fuerit, erit hoc notum et manifestum, uel horum æquipollens. Et si Mercurius cum ea fuerit, fiet hoc cum proficuo & lucro patientis, quod propter hoc patietur, illi continget.

DE QUALITATIBVS ANIMAE NATI.

Cap. XIII.

Modus quidem, quo corporis accidentia prognosticantur, est hic quem prædiximus. Ex animarū uerò qualitatibus, id quod propriè intellectui et rationi pertinet, per Mercurij qualitates semper agnoscitur. Illud autem quod est irrationabilitatis exaltatio, duum luminarium grossis corporibus propinquiori, quod Luna dicitur, necnon ex stellis in figura ei associantibus, & cum ea alictifal & alinchiref habentibus deprehenditur. Quapropter quoniam motus animæ, eiusq; qualitates multorum sunt modorum, ut eorū inuestigatio uno eodemq; calle plano, & qualitercūq; procedat, nullatenus conuenit, sed ut multis obseruationibus, diuersisq; considerationibus attendatur, eo quòd signorū differentia, in quibus Luna Mercuriusq;, & eorum domini fuerint, proprietatum animæ qualitates multum iuuant. Societates iterum figurarum stellarum in prædictis, respectu Solis, & angulorum partem habentium, qualitates quoq; naturis uniuscuiusq; stellarum propriè animæ motibus auxiliantur. Ex signis igitur mobilia generaliter faciunt animam res unionis & uniuersalitatis, atq; ciuitates diligere eam. Item laudem affectare compellunt, ac diuinis cogitare, & esse acuti ingenij, laudabilis motus inuestigatricem, liberalem, alijs bonæ opinionis, & in stellarum iudicijs peritam. Communia faciunt eam multiformem, leuis mutatio nis, difficilem ad cognoscendum, agilē, amantē, instabilē, dolosam, multiuolam, amatricē musicæ, habilē, perspicacis intellectus, penitibilem. Signa uerò fixa faciunt eam rectā, infallacē, immobilē, boni ingenij, quietā, intelligentē, patientem laborū, toleratricem, rigidam, refrenantē uoluptates, inuidam uoluntatis, efficacem, imitatricem, honoris amatricem, contentiosam, transgressoriā, inconuertibilem. Ex stellarum qualitatibus, earumq; figuris, id quod orientale fuerit & ascendēs, propriè autē id quod in sua almiua sibi propria fuerit, faciet animā liberam, idoneam, & in sui ipsius consilio confidentem, rigidam, acuti ingenij, largam, & apertam. Stellarum autem matutinalium stationes, & cum in medio cœli fuerint, faciunt animas cogitatrices, fixas, memores, quietas, intelligentes, magnanimas, immobiles, inconuertibiles, infallaces, cognoscentes, operarias, inuestigatrices, in ueris scientijs peritas. Ascensiones quoq; stellarum in noctis exordio, & earum occasus, faciunt animas leues, agiles, debiles, laborū intoleratrices, leuiter passibiles, infortunatas, pusillanimes, efficacitricem, pusillanimitate magnas, tentantes, fessas, tardē mobiles, solitarias. Stationes quidem stellarum uespertinalium, & cum fuerint in cœli medio, qui sub terra est, occasus etiam Venus ac Mercurij uespertinalis, cum tempus diurnum fuerit, & earundem matutinalium occasus, cum tempus nocturnum extiterit, reddet animam mundā, puram, & sensatam, incōuenientis memoriæ, illaboratricem, nullius laboris amatricem, rerum secretarum inuestigatricem, & occultarum inquisitricē, uelut nigromantia, absconditorū, rerum altissimarum, ac scientiæ instrumentorū & machinarū, operum mirabilium, & indiciorum stellarū, eam etiam faciet prophetatricem, & secundum artes augmentatricem, somniorum interpretē, & his similia. Item stellæ, quæ rerum animarum dispositioni dominantur, cum in suis locis, suisq; haiz sibi proprijs atq; similibus fuerint, sicut in præmissis explanauimus, animarum proprietates apertas faciunt, quarum effectus nihil impedire poterit, & quarum unaquaq; parte sola manebit & prosperabitur. Maximè autem cum unæ eorū stellaræ duorum locorum dominatrices fuerint, id est, ut loco Mercurij qualitercūq; associantur in figura, & à Luna separentur, uel habuerint cum ea alictifal: quod si

quod si nō ita fuerit ut dictum est, uel si in locis sibi non propiis extiterint earum propriè naturæ, qualitates animæ non apertas, sed occultas facient, & imperfectas, quæ non prosperabuntur. Naturæ uerò stellarum illis dominantium, uel super eas eleuatarum animarum humanarum opera rigida, suisq; subiectis nociua faciunt, uelut iniusti homines & iniqui, quibus propter infortunarum similitudinem hæc contingunt: quæ cum dominantur, ipsorum motus ad alios impediendum leues faciunt: quod nihil prohibebit, nullaq; erit in eo difficultas. Cum autē istis dominabuntur stellæ, quæ fuerint ex hæz, earū hæz cōtrarijs, eos infirmi nominis esse faciunt, nec prosperabuntur, & ex eis supplicia fumentur. Necnon etiam quemadmodum iusti homines & æqui, quibus per similitudinem fortunarum hoc accidet, super quas cum nihil eleuetur, alijs benefacere gaudebunt, & illud commendabunt, nec aliquod eis inde damnum continget: imò eorundem bonitas, sui proficui erit occasio. Cum autem earum contrariæ stellæ super eas eleuentur, continget prædictorum cōtrarium, & propter eorum molliciem atq; quietē, dilectionem etiam in hominibus & pietatem, paruipendentur ab hominibus, & inculpabuntur, & eis uiolentiā inferent. Hæc igitur est uia generalis, qua sensatæ & rationales animæ qualitates prognosticantur: proprietates autem particularium, quæ ex stellarum naturis, secundū earum dominium contingunt, elocutione generali edocebimus, usquequod ad cōmixtionem, quæ generali calle deprehenditur, perueniamus. Cum solus igitur Saturnus dispositioni rerum animarum dominetur, fueritq; dominus Lunæ & Mercurij, si respectu mundi, & angulorum conueniens fuerit, natus iustos homines amabit, & erit rigidi profundiq; consilij, in sui etiam ipsius consilio permanebit: laboriosus erit, & disputator. quandoq; autem à ueritate modicum declinabit, eritq; locuples, & appetitor regni, uersipellis, thesaurizator, subterraneus, inuidus. Si autem in huius, quod diximus, contrario extiterit, ut inconuenienter uidelicet existet, natus fuerit immundus, uilis, pusillanimus, insciens, in suo tantū consilio permanens, inuidus, inaudax, ab hominibus separabitur, in uerbis dolosus, amator occultationis & lugubrij, inuerecundus, infortunatus, laboris amator, neminem diligens, deceptor amicorum, nunquam gaudebit, bonorum maleuolus. Quod si Ioui assimiletur secundum quod prædiximus, eiusq; qualitas commendabilis fuerit, natus erit iustus, senes honorabit, eritq; sani cōsilij, adiutor regni, cognitor, magnanimus, bonæ notitiæ, dilector amicorū, quietus, intelligens, patiens, philosophus. Sed si huius stellæ qualitas prædictis contraria fuerit, natus erit ingratus benefacere, insensatus, circa diabolica conuersabitur, in oratorijs commorabitur, futura prædicet, abhorrebit habere filios, non habebit amicos, morabitur in cryptis & speluncis, cū hominibus non cōuersabitur, nec in eo quis confidet, erit insipiens, malus, debilis, honorem nō amabit, pœnitens, malæ receptionis, electionis malæ, laboris patiens. Quod si Marti assimiletur, & ipse bonæ qualitatis, & laudabilis existat, erit natus nō cognoscēs, ualde laboriosus, miser & imbecillis, nocēs. magna cum timore tentabit, erit grauis barator, non pius, omnia paruipendet, immoderatus, bellicosus, animam suam ponet in timore, amabit cōturbationes, proditor erit, aliorum perturbator, inuidiæ pessimæ, pro euentu aliquo eius anima mutabitur, homines laborare faciet, uel præerit alijs, trāsgressor, odio reges habebit & principes, amabit hypocrisim & uictoriā, inuidus, malæ profunditatis, erit grauis ad tolerandum, rusticitate plenus, intolerabilis, ostētator sui, iniquus, hominibus nocebit, & eos uilificabit, ac odio habebit, nec mutabitur, nec alterabitur, intromittet se de pluribus, & ab eis leuiter recedet, erit artifex, & studēs generaliter, etiā prosperabit. Sed si hæc stella fuerit in prædicti cōtrariū, natū faciet esse depredatorē, ac uiolarū absisorē, miserū, malæ qualitatis, & mali lucri, deū nō timebit, nec aliquē amabit, blasphemator, pturbator, latro, deceptor, pditor, interfector, incestus, malus, impius, homicida, nigromanticus, deprædator oratorij, fornicator, sepulchrorū uiolator, et generaliter nequā erit in omnib. Quod si Veneri Saturnus assimiletur, & ipsa bonæ qualitatis existat, natus mulieres

Saturnus solus
dispositionis do
minus.

abhorrebit, senes & roncinos amabit, eritq; male receptionis, honorem non appetet, abhorrebit formosa, erit inuidus, male societatis, ab hominibus segregabitur, & in suis consilio confidet, deum uerebitur, eritq; celati consilij, male legis, amabit occulta, diuinator, de diuinis cogitabit, pacificus, uerecundus, amator scientiæ, fidelis, abstinent, deliberator, ab immundis se abstinent, tædiosus, & in mulieribus zelotypus. hæc autem stella cum fuerit in prædicti contrarium, natus erit fornicator & immundus, turpia committet in suis, turpis adulter, à mulieribus se decipi permittet, maximè autem à suis consanguineabus. erit ualde miser, imbecillis omnibus modis, circa uenereos actus absq; intermissione sollicitabitur, abhorrebit formosa, maledicus, superbus, celabitq; animum, uilis, sceleratus, in coitu turpiter & extra naturam Veneri subijcietur: hic autem cum annosis & uilibus hominibus, & contra legem, cum bestijs etiã facere desiderabit, deum non uerebitur, uilipendet secreta, & orationis domos fassana, castala, & omnia uilipendet. erit nigromanticus, & de omnibus se intromittet. Quod si Mercurio Saturnus associetur, & ipse bonæ qualitatis existat, erit natus rerum atq; legum inquisitor & inuestigator, amabit medicinæ scientiam, occultus, occultorum deliberator, mira faciet, sophista erit, leuis, dispositor, boni ingenij, amaræ animæ, inuestigator acutus, amator intelligentiæ & operum, ei etiã bene continget. At si hæc stella fuerit in prædicti contrarium, erit natus inuidus, animæq; turbide, laboriosus, odiosus, habebit consanguineos, erit laboris amator, tristis, in nocte turbabitur, portentor, deceptor in suis negocijs, non associabitur hominibus, latro, sciens, nigromanticus, incantator, uersutus, non prosperabitur. Iupiter autem cum solus extiterit dominus dispositionis animæ, si laudabilis qualitatis fuerit, erit natus magnanimus, largus, iustus, uerecundus, hilaris, homines amabit atq; formosa, liberalis, æquus, magnæ cogitationis, mansuetus, egregius, in suis operibus pius, benefaciet hominibus, amabilis ductor. Quod si fuerit in prædicti contrarium, erit qualitas animæ nati similis prædictis, præter quod in his erit debilior, et magis occultus, absq; bono intellectu. loco nãq; magnanimi, erit prodigus: loco iusti, seruiet diabolo, uel erit malæ opinionis: uerecundiæ loco, erit caudardus: & loco māsueti, erit superbus: erit etiã loco diligēdi homines, bonæ qualitatis animæ: loco amandi formosa, diliget delectationes: at loco magnæ cogitationis, erit contumax, & pro libertate incius, & his similia. Quod si Marti Iupiter asimiletur, & qualitatis ipse laudabilis existat, erit natus uersutus, placitator, bellicosus, dispositor, tunc agens fortissimus, & nulli humiliabitur. erit etiã homo exercituum & operum, cupiens uindicari, & penitus superare, semetipsum dominum faciet, eritq; rerum inuentor, rei ueritatem non ignorabit. prouidus erit, & magnanimus, prosperabitur: quæret etiã honorari, iracundus, rerum cognitor, multisq; multa mandabit. At si hæc eadem stella in huius prædicti contrarium extiterit, erit natus blasphemator, & uerborum perturbator, impudens, nullius rei celator, uilipensor aliorum, hypocrita, mendicus, superbus, inobediens, deprædator, leuiter alterabitur, leuis, pœnitens, instabilis, uilis, infidelis, nullius notitiæ ac consilij, insensatus, raptor, suorum amissor, & generaliter diuersarū erit qualitatum, modorumq; mutabiliū. Quod si Veneri fuerit similis, & laudabilis qualitatis existat, natus erit simplex, amans nitiditatem, & magisteria, atq; rerum inuestigationes. cantus etiã & iocos, atq; comestiones appetens, eritq; bonæ qualitatis animæ, pius, sani cordis, deū amabit, & illi seruiet: cupiet etiã amore dei, laboriosus esse: erit sensatus, & amans, humilis, animæ splendida, gratificus, munificus, librorum lectiones nullatenus abhorrebit: erit rerū cognitor, & circa legitimos ueneris actus tēperatus: suos etiã consanguineos amabit, honoris nominisq; formam cōcupiscet, generaliter quidem erit iustus & probus. Sed si hæc stella fuerit in prædicti contrariū, natus erit illaboriosus, delicatæ uitæ, muliebris animæ, saltator, eius ira mulierum iræ assimilabitur, erit prodigus, in rebus mulierum insensatus, procus, libidinosus, delinquens, capillorum ornatus amabit, semetipsum extollet, nescius suorum, amisso.

amifforum gaudebit, in hominum erubescencia leuiter impeditur, sui compos erit, foemineiq; sensus, in rerum ecclesiasticarum dilectione praualebit, in rebus praecedet. erit occultator, & fidelis, omnium malorum ignarus, cunctis obnoxius, in suis operibus commendabilis, & liberalis in omnibus quae fecerit. Quod si Mercurio Iupiter assimiletur, et fuerit qualitatis idoneae, erit natus in librorum lectionibus assiduus, amabit syllogismos, & erit geometra peritus in quadriuo, uersificator ac fermocinator, acuti ingenij, humilis, boni consilij, laudabilis in moribus, beneficus, dispositor, bonae qualitatis animae, dapilis congregationis, bonae opinionis amator, bene & subito incepta perficiet. erit homo regiminis, bonae credulitatis, medicus regis, deum diliget, bonae animae, amabilis, consanguineos amabit, indolis erit bonae, amator scientiae, homo diuitiarum. Quod si haec stella praedicti contrarium obtinuerit, erit natus stultus, stultiloquus, frequenter fallitur, miser, continget ei alantissimus, diuinis adhærebit, impetuofus erit, amaræ animae: cum sit stultus, sapientem se putabit: superbus, perturbator, in alterius seruitute semetipsum collocabit, motus erit inordinati, uerbosus, bonae memoriae, homo doctrinae & appetitus rigidi. Quod si Mars animae dispositioni solus dominetur, & laudabilis qualitatis existat, natus erit fortissimus, & potens, iracundus, armorum appetitor, animosus, ponet animam suam in mortis periculo, nulli se humiliabit, destructor, in suis confidet uiribus, primus in bello, uilipendet omnia, uolentiam hominibus ingerit, & erit homo regiminis. At si haec eadem stella fuerit in istorum, quae praediximus, contrarium, natus erit tediatus, blasphemator, sanguinis effusor, contrarietatum amator, consumptor, garrulus, stultus, superbus, deprædator: in ipsius maleficijs inordinatus, deinceps consanguineos abhorrebit, & deum ignorabit. Si uero similis Veneri fuerit, & idoneae qualitatis extiterit, natus erit alacer, & bene morigeratus, suos amabit socios, mollis uitae, iocofus, bonus homo, aptae complexionis & formae, amabit saltationes, procus, homo diuitiarum et quietis, uir leuis in coitu, ei tamen inde continget bene, sibiq; praecavebit, sapiens, uerecundus, & cognitor, item libenter habebit rem cum uiris & mulieribus. erit etiam deuastator, leuis iracundiae, & zelotypus. Quod si haec eadem stella in praedicti contrarium conuersabitur, natus multus ac superfluous erit in coitu, diuersarumq; qualitatum, omnes uilipendet, delinquens erit, blasphemator, mendax, proditor, suos & alienos decipiens, appetitus festini, fastidiosus, coniugarum et uirginum corruptor, & uersutus, acutus, inordinatus, deceptor, peierabit, ideoq; in ruborem & uerecundiam subito cadet, insensatus, semetipsum fortassis adornare cupiet, impetuofus, turpita committet, & horridus erit. Quod si Mercurio Mars assimiletur, & commendabilis qualitatis existat, erit natus conductor exercituum, rector, festini motus, potens, amans, sapiens, laboriosus, cogitator, uersutus, proditor, inuitabilis, astutus, malorum operum, leuis intellectus, deceptor, hypocrita, uersipellis, contumax, grandis inquisitor, rixarum amator, eiq; tamē inde bene continget, suos similes diliget, & eos bene recipiet, generaliter quoq; nocēbit inimicis, & suos iuuabit amicos. Si uero fuerit in praedicti contrariū, natus erit destructor, inobediens, fatuus, et deceptor, penitēs, inordinati motus, mēdax, latro, deū ignorabit, falso iurabit, uersutus, homo contrarietatis, sapiēs, hypocrita, manifeste nequā, blasphemator, uirarū abscisor, parietū transfossor, interfector, praecātor, proditor, nigromanticus, ac homicida. Cumq; Venus sola fuerit domina dispositionis animae, qualitatisq; laudabilis extiterit, erit natus iustus, et quietus, multarū deliciarum, sensatus, homo deliberationis, amās saltationes, ualde zelotypus, impietates abhorrebit, amabit magisteria, & deum multum uerebitur. etiam erit pulchrae formae, bonae qualitatis, & bonorum somniorum, amabilis, pius, beneficus, prosperabitur, & generaliter subseruiet Veneri. Et si eadem stella in eorum, quae praediximus, contrarium fuerit, natus erit piger, procus, effœminatus, eius etiam qualitates mulierū qualitatib. assimilabunt. erit nullius animositatis, nulliusq; notitię, nominis infirmi, & qui leuiter ad lapidē pedes suos offendet. At si Mercurius assimiletur

assimiletur, & idoneæ qualitatis fuerit natus, amabit magisteria, & scientias, doctus erit, & acuti ingenij, uersificator, musicam amabit, & omne commendabile. erit etiam aptæ qualitatis animæ, homo deliciarum & quietis, alacer, suos amicos diliget, eritq; bonæ legis intelligens, equorum amator. erit boni etiam ingenij, & bonæ existimationis, rectoq; calle procedet, libenter addiscet, à semetipso meliorabitur in discendo, bonorū ac proborū mores hominū imitabitur, istisq; uiris assimilabitur, aptus in loquēdo, in uerbis alacer. erit etiā amabilis, tēperatæ qualitatis animæ, æquus defensor, cognitor, magnanimus, postponet mulieres, cū pueris aget, eritq; zelotypus. Quod si in istius cōtrariū fuerit, natus erit uersutus, & multæ astutiæ, maledicus, faciei duplicis, bilinguis, mali cōsiliij, deceptor, mēdax, pertubator, falsus, immunda faciet, profundē malus, in cōsiliando proditor, nec amabit, nec amabitur. decipiet mulieres, & destituet pueros. erit homo malorum operum, culpans & uituperans alios, omnia quærens facere. sed quandoq; ad honum, nonnunquam ad malum, plurima tempora perpetrabit, & in multis ac diuersis rebus culpabitur. *Mercurius.* Mercurius autem, cum solus fuerit dispositionis dominus, animæ & qualitatis idoneæ, erit natus boni intellectus, acuti ingenij, rerum antiquarum relator, eritq; multarum probitatum & experimentorum, dialecticus, rerum naturæ proloquutor, scientiarum inuestigator, beneficus, deliberator, bonæ existimationis, doctus in quadriuiō, creditorum occultator, & ualde prosperabitur. Si autem in prædicti contrarium extiterit, erit natus deceptor & uilis: alios errare faciet, secundum suum consilium procedet, leuis, festini motus, leuiter conuertetur, sanus, ignorans, magnæ fallaciæ, mendax, inordinatæ qualitatis, instabilis, infidelis, inobediens domino, faciet iniustitiam, generaliter autem multæ erit fallaciæ. Et cum hæc ita sint, nobis tantum scire conuenit, quod *Luna.* Lunæ qualitas hæc, quæ prædiximus, utcunq; iuuabit. nam cum fuerit in locis anecaf, finis septentrionalis & meridiei, uariationes qualitatum animæ iuuabit, & eas subito faciet alterare. Si autem in aliquo duorum modorum extiterit, acuitates qualitatum animæ iuuabit, & ut ipse festinanter operetur, efficiet. Item cum Luna fuerit ascendens, aucta lumine, significationes augmentabit, & erunt apertiores, necnon magis necessariae. At si minuta lumine, uel sub radijs Solis extiterit, eas faciet magis esse absconditas, & non ut ita fortiter contingat, operabitur. Iuuat etiam utcunq; in his quæ prædicta sunt, Sol ita cum stellis, quæ dispositioni animæ dominantur, similes existat. nam cum eis assimilatur, si eius qualitas commendatur, erunt animæ qualitates magis directæ, & ipse remotior ab aliquo, necnon potentior & largior, atq; fidelior, legisq; melioris. Cum autem Sol in prædicti contrarium fuerit, nec stellæ assimiletur, erunt animæ qualitates deteriores, ipsaq; miserior ac infimus, maiorisq; laboris in suis ipsius consilio magis permanebit, stultus erit, & grauioris uoluntatis, generaliter etiam ad meliorandum difficilis.

DE IMPEDIMENTIS ANIMAE.

Cap. XIII.

Quoniam impedimentorum animæ propriorum elocutiones, narrationem proprietatum eiusdem, utcunq; sequuntur, in ipsorum notitiam Mercuriales ac Lunares qualitates adinuicem & eorum ad angulos atq; infortu natrices stellas nobis generaliter & scire & obseruare conuenit. Nam cum Luna & Mercurius ad inuicem non colligantur, uel cum qualibet stellarum, quarum qualitates impediunt in orientali horizonte, super eos eleuetur, aut eos circumdet, uel in eorum oppositione maneant, multorum impedimenta modorum animæ qualitatibus aduenire significabūt. Hoc quidem ex prædictis proprijs qualitatibus stellarum, quæ locis assimilatur, cognoscere & explanare satis apte poterimus. Nos autem in his quæ in demonstrando proprietates animæ præmissimus, plurima impedimēta ex impedimētis debilioribus animæ, utcunq; iterum explanauimus, & fortassis earum augmentationes ac fortitudines ex superabundantia

dantia operum stellarum infortunantium deprehendemus, propterea quòd si quis animæ qualitates coerceri nequeunt, impedimenta nuncupauerit, siue intendantur, siue remittantur circa qualitatem temperatam, eas bene & propriè nominabit. Illud autè, quod minus superabundat, & uelut infirmitas est, & quod omnino naturam excedit, ac in parte intellectus animæ sit, & in parte recipiente impressionem, sicut dicà deprehendetur. Epileptici itaq; sunt frequentius hi, in quorum natiuitatibus Luna & Mercurius, nec ad inuicè, uelut prædiximus, nec cum orientali horizonte colligantur, & cum hoc etià in earum diurnis natiuitatibus Saturnus, in nocturnis uerò Mars fuerit in angulis: ita tamen, quòd ipse huic qualitati dominetur. Insani uerò sunt hi, in quibus hoc erit, in eorū contrarium quæ prædiximus, id est, qualitatis dominus sit in nocte Saturnus, in die uerò Mars: maximè autem, cum in Cancro uel in Virgine seu Piscibus fuerit. Dæmoniacy quidè, & qui nuncupatur aurotafelis, id est, in quorū capitibus superabundat humiditas, sunt hi, in quorū natiuitatibus infortunarū qualitas, quemadmodum diximus, extiterit, & ipsæ dominatæ fuerint Luna, ipsaq; Lana fuerit ascendens super sub Solis radijs, eiusq; dominus in coniunctione Saturnus extiterit, in præuentione uerò Mars, maximè autè in Sagittario & Piscibus. Quod si utraq; tantum infortunæ hac in qualitate uicerint, erunt animæ infirmitates incurabiles, non erunt tamen feroces, & ignorabuntur, si autè utraq; fortunæ, id est, Iupiter & Venus, ei similes extiterint, & utraq; infortunæ in occidentis angulo, fortunæ uerò in orientis angulo manserint, licet ferocissimas, curabiles tamen generabunt ægritudines. At si Iupiter fuerit ille, qui ei assimilabitur, infirmitates medicaminibus curabuntur, siue per diætas, siue per antidota. Quod si Venus ei similis fuerit, prophetijs uel diuino auxilio repellentur ægritudines. Quod si in orientali angulo infortunæ, & in occidentali fortunæ fuerint, erunt ægritudines incurabiles & feroces, minusq; manifestæ, infirmitates epilepsie semper cum clamore & timore mortis durabunt. Insani uerò, sensuq; carentes, nullatenus retineri poterunt, & suos consanguineos impedient, atq; turpia dicet, & his similia dæmoniaci, eorum etià infirmitates, & humiditatis superabundantiam, quæ capitibus nocet entusimesemus, & detecta nimis, ac saltus impetuosos & in homines facientes, eos percutient, & his similia. Quædam uerò locorum, in quibus illa qualitas fuerit, proprio iuamine quandoq; iuuabunt. Loca namq; solis & Martis propriè iuuant, ut sit infania. Loca uerò Iouis & Mercurij epilepsie iuuant infirmitates. Veneris autè locus per prophetias, & ut occulta dicatur, ad iuuat. Saturni autem, Lunæq; loca dæmoniacos & humorū iuuant impedimenta. Plurimæ igitur species infirmitatū in agente parte animæ contingentiū sunt hæc, quas prædiximus, quæ secundum naturam suam generaliter per huiusmodi qualitates adueniant. Differentiæ uerò, quæ propriè in parte recipiente dispositionem accidunt in augmento ac diminutione rerum naturalium masculinis & foemininis, nimis apparebunt. Ad quarū prognosticationē illa uia, quæ prædictæ uia assimilatur, perueniemus. Postquam Luna Solem, quemadmodū sibi, cū Luna Mercurium posuerimus, & Veneris & Martis ad ipsos similitudinē obserauerimus. Post horum igitur explanationem ostendemus, quod si sola luminaria in signis masculinis fuerint, ea quæ sibi naturalia sunt, homines nimis exercebunt. mulieres autè, ea quæ sibi cōtra naturā sunt, nimis operabuntur: & quæ sibi naturalia sunt, in uires & masculinitatē animæ cōuertentur. Itē si Mars & Venus, uel eorum alter masculinus fuerit, in naturalibus rebus Veneris ualde conuersabuntur homines, & nimis circa uitium illud sollicitabuntur. Ex rebus etià coitus turpia, quæ contra legem fuerint, festinanter facere desiderabunt. Mulieres autem innaturales actus cupidinis plus æquo perpetrabunt, et erunt thahaherat, id est, ad inuicem in agendo commiscebuntur. Si Venus autem sola masculina fuerit, id quod inde perpetrabunt, erit occultum, & ignorabitur. Sed si Mars masculinus extiterit, ita erit illud manifestum, & quod quandoque mulieres, quæ cum eis conuersabuntur, quasi sibi proprias uxores fore demonstrabunt.

Quod si

Venus sola foemina.

Quòd si eadem stellæ in prædicti cōtrarium fuerint, id est ut solâ luminaria cum prædictis qualitatibus in signis foemininis extiterint, mulieres ea quæ sibi naturalia sunt, operabuntur. Viri autem ea quæ sibi sunt contra naturâ, committēt, & cū mollitie ac foeminate animæ naturalia trāsgradientur. Item si sola Venus foemina fuerit, illegitimos actus Veneris mulieres nimis adimplebūt: frequētius tamen ad naturalia declinabunt, & cum quolibet, adeò quod nulli coitū denegabunt, seu de formis, seu contra legem fuerit: homines autem erunt effoeminati ac molles, & ad naturales actus Veneris procliuiiores. neminē etiā ab illicito coitu prohibebunt, præter quod occultè illud perpetrabūt. Item si Mars foeminus extiterit, istorū duorum utrunq; id est fornicationē & turpitudinē, actusq; illicitos detectos, & absq; frontis rubore facient, ita quod præ nimia detectione blasphemabuntur & uituperabuntur. Orientales autē et matutinales qualitates Veneris & Martis in masculinitate detectionem adiuuant. Eorum autem uespertinalis & occidentalis qualitas in foeminate iuuat occultationē. Similiter etiam si Saturnus cum eis fuerit, horriditates & putredines, ac coinquinationes, magnamq; uerecundiam eos incurrere iuuabit, eo quòd ipsius natura unumquodq; istorum de more iuuat. At si Iupiter cum eis fuerit, rerum pulchritudinem atque decorem, aptamq; uerecundiam augmentabit. Et si cum eis Mercurius fuerit, rerum detectionem, & futurorum festinationem, suarumq; specierum multitudinem & augmentum adiuuabit.

CL. PTOLOMAEI QVADRI PAR.

TITI, LIB. IIII. PROOEMIUM.



Erum igitur, in quibus ea quæ ante partum sunt, & quæ in ipsius hora partus contingunt, necnon & omnia quæ post partum sunt, obseruari possunt, id quod ei proprium ac naturale est, & quo totū eius esse naturaliter probatur, quammaximè demonstrauius. Eorum uerò quæ extrinsecus accidunt, eorum scilicet, quorum enarratio opportunè præmissa subsequitur. Primum est in substantia & ualitudine, nati prosperitatem iudicare, & ipsius in substantia prosperitatem collectim cum rebus corpori pertinentibus enarrare, necnon eiusdem in ualitudine prosperitatem, simul cum rebus ad animam pertinentibus enotare.

DE PROSPERITATE NATI ET SVSBTANTIA.

Cap. I.

Quam uia discendi quilibet planeta significet.

Qualiter rerum substantiæ qualitas adueniat, & à sola parte fortunæ notitiā deprehendamus oportet, quàm id quod est inter Solem & Lunam obseruando, & ab ascendente in diurnis ac nocturnis natiuitatibus propter rationes, quas in elocutione uitæ monstrauius, proijciendo semper addiscemus. Huius autem obseruationis uia est, uelut subiungitur. Stellæ igitur, quæ ipsius signi dispositioni dominantur obseruabimus. Et quæ sit earum fortitudo atq; similitudo, sicut prædiximus, considerabimus. Item stellæ quæ eis associantur in figura, uel quæ super eas eleuatur, siue sint ex earū haiz, siue ex haiz contraria, similiter obseruabimus. Nam cū prædictæ partis dispositores fortes extiterint, erit natus multarū diuitiarū: Maximè autem si testimonio si similitudinis eius testificetur luminaria. Præter quod Saturnus nati diuitias ex ædificationib; uel ex terrarū cultibus, aut ex nauigationibus prouenire significabit. Iupiter uerò designabit, quod eius diuitiæ ex cōmendationib; uel ex baiula, aut ex qualibet probitate cōgregabuntur. Mars autē significabit illius diuitias ex exercitū dominio, regimineq; prouenire. Venus ex amicorū donationibus, uel ex mulierib; eas coadunari denuntiabit. Mercurius quidē ex mercationis industria diuitias affluere significabit. Quòd si Saturnus propriæ parti substantiæ assimiletur, & Ioui in figura associetur, significabit hæreditates, quas hæreditabit: maximè autem, cum in altis angulis fuerit, uel si in signo cōmuni Iupiter extiterit, aut cū Luna iterum icrisal ha-

berit,

buerit. tunc enim significabit, quod natus lucrabitur, & extraneorū hereditatem hereditabit. Stelle quidē, quę fuerint ex haiz, stellarū dispositionē habentiū, cum eis testificantur nati dispositionem apud eum remanere, & saluare designabunt. At si stelle quę ex haiz contraria fuerint, super loca auctoritatis eleuentur, uel ad ipsa subsequentes eant, amissionem substantię demonstrabunt. Vniuersaliter uero tempus, in quo istud eueniet, ex stellarum quę futuri sunt, occasio aspectibus ad angulos, uel ad loca, ad angulos ascendentia deprehendetur.

DE PROSPERITATE ET VALETVDI-

ne nati. Cap. II.

Res autem ualetudinis, & eiusdē in ualetudine prosperitates, ex luminarium Rac ex stellarum ea circundantium qualitatibus, & ut eorum itidem similitudinem cum hoc attendimus, & obseruare necesse est. Cum enim utraq; luminaria in signis masculinis fuerint, & utrumq; uel eorum alterū in angulis extiterit, maxime autē illud, quod dominus haiz fuerit, & quinque stelle erraticę ea circūdederint, circundantesq; Solem matutinales, & Lunam ambientes uespertinales extiterint, ipsum natum regem fore non dubitabimus. Sed si stelle, quę ea circūdant, in angulis item extiterint, aut cum angulis supra terram existentibus, in figura societate habuerint, erit natus magne ualetudinis atq; potentissimus, et rex mūdi. Eius etiam fortuna, cum stelle circundantes dextre fuerint, & angulis super terra existentibus fuerint associatę, augmētabitur. Cum autē ceterarū stellarum qualitates uelut hęc qualitas fuerit, solusq; Sol in signo masculino rotauerit, Luna uero in foemino, & eorū alter in angulis fuerit natus, erit homo solius regiminis & interfechor. Quod si cum hoc circūdantes stelle in angulis non appareant, nec eis testificentur, erit natus magni nominis tantū, & eius ualetudo uelut illius qui uni parti dominabitur, apparebit, seu uelut dominiū baiuli, seu dominiū exercitus, & non ut dominiū Alcaldis, qui toti regno disponit. At si non luminaria, sed quamplures illarū stellarum circundatricū in angulis extiterint, uel cum eis in figura societate habuerint, non erit tantę ualetudinis, nec etiā magni nominis, & ignorabitur. In disponendo tamen ciuitatibus pręualebit, & in rebus dispositionis uitę mediocris erit. Si autē stellę quę luminaria circūdederint, nullam cum angulis similitudinē habuerint, natus in suis operibus miser et infelix apparebit. Quod si luminaria nec in angulis, nec in signis masculinis extiterint, nec ea etiā fortunę circūdederint, erit in extremo miserię & improspertatis. Via igitur, qua in harū rerum inuestigatione est incedendū, est hęc, quam in augmento ualetudinis, ac diminutione monstrauimus. Quam plures autē qualitates, quę sunt, inter augmentū & diminutionem, per ea quę in illa specie particularis alterationis inuenta sunt, quam habent luminaria & stellę, quę ea circūdederūt, & quę circūdantibus disposuerint, nos obseruare debemus. Nam cum dispositrices dominę haiz uel fortunę fuerint, natus in ualetudine magis durabit. Si autē contrarię haiz dominantur, aut sint infortunę, eius ualetudo debilis apparebit, & leuiter transibit. Res uero futurę ualetudinis ex proprijs stellarū qualitatibus, quę luminaria circūdant, sunt obseruandę. Cum huius etenim rei dispositio Saturnus fuerit, fortitudo ualetudinis in multitudine substantię, & in congregatione pecunie permanebit. Sed si Iupiter uel Venus extiterit, erit eius fortitudo in iocunditatibus et donationibus, atq; in honorificentia et magnanimitate. Quod si Mars fuerit, erit in dominio expeditionū, & in uictorijs, ac in suorum subditorū timore. Et si Mercurius fuerit, erit in intellectu & disciplina, ac rerum dispositione.

DE MAGISTERIO NATI, ET EIVS

opere. Cap. III.

Opus quippe nati, eiusq; magisterium duobus modis per solem scilicet, cęliq; medijs signum dignoscitur. Nam stella quę de sub radijs Solis egressa, mane modicum apparuerit, & quę in cęli medio fuerit: proprie autem, si cum Luna ictisal habuerit, nobis obseruare necesse est. Quod si hęc duo, quę prædicta sunt, in uno tantum planetarum inuenerimus, eum solum in his obseruabi-

F mus,

mus. Si autem alterum eorum uni planetae, alterum uero nulli contingat, eum cui tantum alterum continget, obseruandum fore sancimus. At si idem planeta, qui de sub radijs Solis egressus, mane modicum apparuerit, & in caeli medio fuerit, & alius praeter ipsum lunam aspexerit, erit uterque considerandus. Illum autem qui secundum multitudinem numerorum autoritatum propriae dispositionis, uelut praemissum est, alteri praeualebit, praemitemus. Si quem autem planetarum de sub solis radijs egressum, mane modicum apparere, uel in caeli medio moueri non inuenerimus, medij caeli dominum accipiemus, praeter quod in tardis operibus, hoc euenire manifestum est. cuiuscumque etenim huiusmodi qualitas fuerit, ociosus in maiori parte permanebit. Haec uia est igitur, qua ad cognitionem qualitatuum stellarum, quarum est operis ac magisterij dispositio, necnon earum quae otium significanc, peruenimus. Qualitas autem operis & magisterij non nisi ex trium stellarum proprietatibus, quae sunt Mars & Venus, & Mercurius, necnon ex signorum, in quibus fuerint qualitatibus, deprehenduntur. Nam si Mercurius author operis & magisterij fuerit, natus erit barator & computator atque doctor, mercator etiam ac numerator, rerum cognitor & immolator: per stellarum quoque uires iudicabit, & generaliter in librorum lectionibus, ac eorum expositionibus uersabitur: dabit etiam, & accipiet. Quod si Saturnus ei testificetur, erit alienarum rerum dispositor, & somniorum interpres, uel in domibus ei occasione alicuius notitiae seu diuinationis, quae in eo erit, commorabitur. Sed si Iupiter ei testificetur, erit natus author legis, et sapiens: cum probis etiam hominibus conuersabitur. Quod si auctoritas operis & magisterij fuerit Veneris, ex odore florum, & specierum, seu ex uino uel tinctione, aut pigmentis, uel ex his quae ad ornatum pertinent, se intromittet: uelut mercari species, & medicamina, ac florum uariationes adornare, & cauponare seu texere, uel pigmenta mercari, aut pingere, & colores uariare, uel seritexere. Et si Saturnus ei testificetur, erit eius mercatio in superfluitatibus, & mollitijs, eritque praceptor atque nigromanticus, & his similia. Sed si ei testificatur Iupiter, erit luctator, & coronarum compositor: erit etiam aptus diuitijs, et eius affluet diuitiae mulierum occasione. At si Mars Soli in figura associetur, eius opus & magisterium cum igne demorabitur, uelut opus coqui, confectorisque metallorum, necnon opus gramini ac minerarum auri: quod si Soli non associetur, nati magisterium in ferro tractabitur, ut naues componere, arare, architectari, lapides abscindere, in annulorum lapidibus sigilla sculperere, arbores findere, & his similia. Si Saturnus ei testificetur, erit nauigator & natator, aquarum alator, & coquus, pictor etiam, & qui in balneis morabitur. Sed si Iupiter ei testificetur, erit miles, & pœnarum minister, ac decimator, hospitator etiam ac lanio. Item si duo planetae magisterij dominium habuerint, fuerintque Venus et Mercurius, exercebit se in musica, uel ludis, aut in cantationibus, seu cantationum inuentionibus, uel in qualibet specie reperiendi cantus. Maxime autem, cum in sua commutabuntur loca, tunc erit natus ioculator, bonus stellarum & foeminarum licitator, iocoforum etiam instrumentorum magister, & factor fidium: eritque pictor, praedicator, derisor, & incantationum inuentor. Quod si Saturnus eis testificetur, erit eius opus & magisterium in his, quae praedicta sunt, in mercationibus, & uendet ea quibus mulieres adornantur. Si Iupiter autem eis testificetur, erit placitator et computator, et semper in locis congregationis hominum, & circa regias portas commorabitur, docebitque pueros, & in rebus uulgi sollicitabitur. At si operis et magisterij dominium Mars & Mercurius habuerint, erit doctus in compositione imaginum & armorum, eritque sculptor in rebus, quibus diuinae domus utuntur, & animalium imagines faciet, eritque luctator, medicus, chirurgicus, maleficus, fornicator, & chartarum falsificator. Sed si Saturnus eis testificetur, erit natus interfector, & aliorum uestimenta diripiet, eritque uiarum abscisor, & in cauernis morabitur, erit etiam & deceptor. Quod si Iupiter eis testificetur, arma duellatque diliget, erit etiam rector & procurator, ac uersipellis, opera diliget, & circa extraneos sollicitabitur, & ex huiusmodi lucrabitur. Item, si domini dispositionis operis fuerint Venus & Mars, natus erit tinctor, & specierum

*Mercurius au-
tor magisterij.*

Venus.

Mars.

& specierum uenditor, auriq; & argenti ac plumbi magister, erit agricola, & cum armis iocabitur, ac medicamina conficiet, & erit medicus. Et si Saturnus eis testificetur, ad immolandū animalia deo sollicitabitur, mortuos induet, & deflebit funera, ac ad sepulchra cantabit. Quolibet etiā modo diuinabit in locis occultis, & ubi cātus exercentur funebres, & sanguis effandetur, habitabit. Ac si Iupiter eis testificetur, in orationis domibus assidue morabitur, & augur existet, & in foeminais maritandis sollicitabitur, & ad effectū perducet, & inde erit eius uita. erit & deliciosus, & dissolutae cogitationis. Proprie autē unicuiq; signorū figuræ, in quibus stelle quæ dominantur, operi mouētur, magisterij differentias quolibet modo iuuant. Signa namq; quorum figuræ figuris hominum assimulantur, omne magisterium scientiarū, quibus opus habent homines, perfectione iuuant. Signa uero, quorum figuræ quadrupedum figuris assimulantur, iuuant magisteria minerarum, mercationū, ac ædificationum, atq; dolandi. Signa autem solstitialia & æquinoctialia translationis & uariationis, ac geometriæ, ac agriculturæ, necnon rerum domorum orationis magisteria iuuant. At signa, quorum figuræ ferarum & aquaticarum animalium figuris assimulantur, magisteria quæ sunt ad humiditatem, et in quibus humectantia ponuntur, auxiliantur: herbarum etiam, compositionis nauium solertiam, salita quoq; & salientia iuuant. At si Luna proprie loco magisterij dominata fuerit, & post coniunctionem ad Mercurium iuerit, & in Capricorno, uel Tauro, seu Cancro, erit natus sapiens, & immolator, & obseruabit aquarum uasa. Si autem fuerit in Sagittario, uel in Piscibus, per mortuos diuinabit, & malignos etiam spiritus de loco ad locū moueri coget. Sed si fuerit in Virgine, uel Scorpione, erit nigromanticus, & astrologus, indicabit occulta, & prædicet futura. Quòd si in Leone, uel Ariete, uel Libra fuerit, erit propheta, & somniorum interpres, ac sapiens. Hæc est igitur uia, quam ad magisteriorū qualitates, eorumq; species rationabiliter cognoscendas nobis obseruare conuenit. Eorum autem uirium quantitates per stellarū fortitudines, quæ dispositioni dominantur, sunt obseruandæ. Nam cum orientales, uel in angulis extiterint, erunt illius magisteria, dignitatis & dominationis ac fortitudinis. Sed si occidentales uel cadentes fuerint, ab angulis eius, magisteria sub aliorum potestate constituētur. Sed si super eos fortunæ uicerint, illius magisterium erit conueniens & cōmendabile, atq; quietum, nec in eo unquam decipietur. Sed si super eos uicerint infortunæ, erunt uilia, despectabilia, atq; damnosa, & in eis decipietur. Quòd si Saturnus impeditor fuerit, accidet ibi frigus, & prolongatio, ac pigrītia. Si Mars autem impeditor extiterit, timor ibi atq; destructio continget. Et si uterq; fuerit impeditor, erunt in toto tempore uitæ suæ multa inconueniētia. Eorum autem augmentum ac decrementum ex stellarum qualitibus, quæ futuri sunt occasiones, secundum eorum habitudinem ad angulos deprehendetur, si matutinales seu uespertinales fuerint.

Stellarum figurarum uis.

DE CONIUGIIS.

Cap. IIII.

QVoniam post præmissa de matrimonio tractandum est, legitima uirorum & mulierum coniugia, quemadmodum subiungitur, nos obseruare conuenit. In masculorum itaq; coniugijs Lunares qualitates hora natiuitatis uiri nos subtiliter inspicere, non est inconueniens. Primitus etenim obseruandum est, si in altera duarum quartarum orientalium Luna permaneat. tunc etenim in iuuentute matrimonium faciet, uel post suorum annorum plenitudinem, iuuentulam in uxorem accipiet. Si autem in altera duarum occidentalium extiterit, tardè uxorabitur, uel sibi uetulam subartabit. Quòd si sub radijs fuerit, & in figura cum Saturno societatem habuerit, nunquam uxorabitur. Post hoc autem obseruabimus, si in unius figuræ signo Luna fuerit, uel si ad unum solum planetam ictus habuerit, uni soli copulabitur. Sed si in signo duum corporum uel multarum figurarum permanerit, & in eodem signo plus quàm ad unum planetam ictus

De uxoribus.

sal habuerit, sibi quamplures desponsabit. At si planetae, cum quibus ex coniunctione uel aspectu iustis sal habuerit, fortunae fuerint, suae sponsae conuenientes erunt, & aptae: si autem infortunae fuerint, erit contrarium. Nam si ad Saturnum iustis sal habuerit, erit eius uxor laboriosa, & ipsius qualitates erunt ferales. Si uero ad Iouem iustis sal habuerit, conueniens erit & idonea, docta dispositione. At si ad Martem, animosa erit & indomita. Et si ad Venerem, erit formosa, ualde que iocosa. Si autem ad Mercurium, erit boni intellectus. Item si cum Ioue uel Saturno, seu Mercurio Venus extiterit, in his quae ad uitam pertinent, ei satis proderit, ipsum etiam & filios multum amabit. Sed si cum Marte fuerit, erit deuastratrix, ac instabilis, & non intelligens. In foeminarum uero matrimonijs solares qualitates hora natiuitatis foeminae sunt obseruandae. Nam cum Sol in altera quartarum duarum orientalium, scilicet, in figura, in iuuentute uiro desponsabitur, uel in senectute iuuenem pro marito accipiet. At si in altera duarum occidentalium extiterit, tarde marito coniugabitur, uel in prima iuuentute seni desponsabitur. Quod si in signo unius fuerit figurae, & in eo planetam matutinalem inuenerimus, uni tantum uiro tradetur. Et si in signo duorum corporum uel plurium figurarum extiterit, aut in figura plus quam uni matutinali planetae fuerit associatus, multos maritos habebit. Item si in figura Soli Saturnus associetur, erit suus uir probus, & iustus, ac laboriosus. Si uero cum Ioue Sol societatem habuerit, humilis erit & magnanimus: si autem cum Marte, erit crudelis, & nullius dilectionis, nec humiliabit se: & si cum Venere, erit probus & formosus: at si Mercurio associatur, in rebus uitae proficiet, & erit laboriosus. Sed si cum Saturno Venus fuerit, eius uir erit fessus, & a ueneris actibus se continebit: & si cum Ioue fuerit, suus uir erit bonus & iustus, ac uerecundus: & si cum Marte, erit acutae complexionis, & circa ueneris actus ualde sollicitabitur, eritque fornicator: at si cum Mercurio permanferit, circa filios proprios erit ualde pius. Quod autem superius diximus ex duabus quartis orientalibus in Sole, intelligendum est esse dictum de duabus quartis, quarum altera punctum ascendens, altera uero punctum occidentis zodiaci circuli praecedit. In Luna uero de duabus quartis, quae sunt inter coniunctionem & praeventionem, quousque sit dimidium illius luminis, hoc intelligere debemus. Ex duabus item quartis occidentalibus, illas quae his praedictis opponuntur, intelligemus. Cumque luminaria conuenienter adinuicem in utraque natiuitate per aspectum associantur, id est, trino uel sextili se respexerint, proprie uero cum hoc fuerit ex tabdila, et maxime cum uirili natiuitate Luna Soli conuenienter in muliebri natiuitate fuerit associata, eorum coniugium nunquam dissoluetur. Qualibet etiam occasione dissoluetur, cum praedicta luminaria loca fuerint in signis, quae adinuicem non colligantur, uel quae per diametrum sibimet opponuntur, aut ex tetragona radiatione sese respexerint. Quod si ad luminaria, quae sibimet in idonea figura conueniant, suos radios fortunae direxerint, coniugium in utrisque dilectione & iocunditate ac ualetudine permanebit. At si ea respexerint infortunae, permanebit quidem, sed in litigio, & odio, ac damno. Similiter etiam evenit in eorum qualitatibus inconuenientibus. nam si luminaribus fortunae testificentur, coniugium non omnino denotabitur: sed post separationem reconciliabuntur, & cum dilectione durabiliter permanebunt. Sed si infortunae testificentur eis, erit separatio ualde litigiosa, & feritatis plena. At si solus Mercurius cum eis extiterit, manifeste separabuntur cum inculpationibus & querimonijs. Quod si Venus cum eis fuerit, continget hoc propter adulterium uel nigromantiam, seu propter huius similia. Qualiter autem fiat matrimonium, per Venereas atque Martiales ac Saturninas qualitates demonstrabitur. Nam si cum luminaribus se conuenienter habuerit, erit coniugium idoneum, & legitimum. habetur etenim inter Venerem & utrumque praedictorum planetarum, uelut quaedam habitudo. eius autem respectu ad Martem, uxorem iuuenulam fore demonstrabit, & inter eos est habitudo, quia uniuscuiusque eorum exaltatio est in signo triplicitatis alterius: eius uero societas

*Marito.**Diuortium.*

cietas

societas cum Saturno, uetulam uxorem fore significabit, inter quos etiam est habitudo, quoniam utriusque domus est in signo triplicitatis alterius. Quapropter Venus cum Marte qualitatem amoris efficit absolute. Cum quibus si Mercurius fuerit, erit hoc manifestum. Si fuerit in signis quidem utrinque communibus, ut Capricornus & Pisces, significabunt, quod propriae sorori, uel suae consanguineae coniugabitur. Quod si in masculinis natiuitatibus in eisdem Luna fuerit, natus cum duabus sororibus, uel duabus consanguineis ad inuicem uenereos actus exercebit: si autem in foeminea natiuitate idem permanferit, eam duo consanguinei, uel duo fratres incestabunt. At si cum Saturno Venus extiterit, erit coniugium idoneum, longoque tempore permanebit. Cum quibus si Mercurius manserit, erunt cum hoc eis ad proficuum. Quod si cum hoc etiam Mars iterum cum eisdem fuerit, coniugium non erit firmum, et eis nocebit. Si autem eius qualitas eorum qualitatibus assimiletur, mulier sibi uiro contemporaneo copulabitur. Si autem ipsa plus illis orientalis extiterit, uiro se minori desponsabitur, & uir uxorem se minorem subartabit. At si magis occidentalis fuerit, mulier uiro se seniori nubet, uir autem uxorem se antiquiorem desponsabit. Item si Venus ac Saturnus in signis sibi communibus commorentur, ut Capricornus & Libra, erit coniugium inter consanguineos. Si autem huius praedictae qualitatibus Luna fuerit, & in ascendente, coeliue medio qualitas ipsa permanferit, natus cum matre, uel nouerca, seu matertera, mulier uero cum prole propria, uel cum suae sororis filio, seu cum suo genero Veneri militabit. Quod si Sol istius praedictae qualitatibus extiterit, & planetae occidentales fuerint, natus filiae, uel sui fratris, seu sororis natae, aut proprii filij coniugis, incestabit cubilia. Mulier autem cum patre uel patruo, seu matris uiro delinquet. At si haec praedicta qualitas non in signis unius generis, sed in locis foemininis fuerit, natus plus aequo Veneri decantabit, omnibus etiam modis agere, & pati sibi nullatenus erit difficile. Si autem quarundam figurarum praedicta haec qualitas extiterit, cum hoc etiam in Veneris actibus turpiter conuerfabitur. Sunt quidem haec figurae principia Leonis & Arietis, nec non quod Graeca simile litterae λ uocatur, & haec est eius forma λ cuius una stellarum aldebaram appellatur. est etiam illud, quod Graece uocatur calcas: est finis Leonis. facies quoque Capricorni inter easdem figuras numeratur. At si haec qualitas in duobus primis angulis, qui sunt orientalis, & meridianus inuenta fuerit, erit in suis operibus manifestus, & ea in locis, in quibus homines in unum conueniunt, reuelabit. Si autem in ultimis angulis, qui sunt occidentalis & septentrionalis fuerit, erit eunuchus, & uarias calamo distinguet uoces, aut erit sterilis, uel sine uirgae foramine. Sed si cum hoc in eis Mars fuerit, si masculus extiterit, eius uirga cum testiculis abscindetur: & si fuerit foemina, ualde profunda erunt sua muliebria. In masculinis uero natiuitatibus, natorum qualitates in Venereis actibus ex Marte generaliter, nos inuestigare conuenit hoc modo. Cum igitur a Venere uel Saturno separatur, ei que Iupiter testificatur, natus in coitu erit mitis, & non immundus, nec Veneri, nisi solummodo a natura coactus, militabit. Si autem cum solo Saturno fuerit, a Venere prolongabitur, & in hoc erit piger & frigidus. Quod si Veneri & Ioui in figura associetur, leuiter ad ista promouebitur, & magnam inde uoluntatem habebit, semetipsum tamen inde redarguet, & coercebit. a turpibus etiam & immundis sibi multum cauebit. At si cum sola Venere, uel cum Ioue solo absque Saturni aspectu fuerit, magna stupri uoluntate habere dicitur, & deliciose uiuere cupiet. Sed si alter eorum uerspertinalis, alter uero matutinalis fuerit, natus cum uiris ac mulieribus coire desiderabit, nec minus in uno quam in alio sollicitabitur. Et si uterque fuerit uerspertinalis, in mulieribus tantum Veneri ministrabit. Quod si signa foeminina fuerint, ipse forsitan ad turpes actus supponetur. Et si uterque matutinalis extiterit, cum masculis solummodo scelus illud perpetrabit: & si signa fuerint masculina, omnibus modis circa masculos agere sollicitabitur. Quod si Venus magis occiden-

talís fuerit, cum uilibus mulieribus & ancillis, ac eis similibus, Venereos actus exercebit. Si Mars magis occidentalis existit, nobiliores se, aut maritatam, uel suam dominam cognoscet. In foemineis autem natiuitatibus Venus est obseruanda. Si Ioui namque & Mercurio in figura associetur, erit in coeundo mitis ac munda: & si absque Saturno fuerit, associata Mercurio, magnam coeundi uoluntatem habebit, & illud ualde facere desiderabit: sed tamen in maiori parte se inde refrenabit & uerebitur, turpesque coitus postponet. Quòd si cum Marte solo fuerit, uel ei in figura associetur, Venereos actus & multum exercebit, & maximam exercendi uoluntatem habebit. At si cum eis Iupiter fuerit, & Mars sub radijs extiterit, rem cum seruis & miseris hominibus, uel cum extraneis sui generis habebit: sed si sub radijs Venus extiterit, cum nobilibus uel cum suis dominis meretricabitur. Si autem hi planetae in locis uel figuris foemininis fuerint, proprie in hominum coitu sollicitabuntur. Et si fuerint masculini, diligenter mulieres fricari, & inde magnam uoluntatem habebunt: & si Saturnus se accorauerit istis statibus antedictis in figura, et fuerit foemininus, similiter dabit rationem in pollutione & uilitate luxuria. Quòd si fuerit orientalis, & masculinus in solario, stuprum affectabit, uel uiros quos ex solario respexerit, adamabit. Iupiter autem semper haec impedimenta mitigabit, Mercurius uero iuuabit eorum detectiones, & iuuabit eorum turpia.

D E F I L I I S.

Cap. V.

QVoniam de filijs post matrimonium subsequenter tractandum est, planetas qui in loco zenith caputum nostrorum, aut in loco sequenti, qui est fortuna, uel in loco sequenti, quibus in figura associatus extiterit, nos obseruare conuenit, quod si in hoc non inuenimus planetas, qui eis per diametrum opponuntur, considerare debemus. Lunam etiam, Iouem, atque Venerem in dandis filijs: Solem uero & Saturnum, ac Martem, in denegandis, uel in eorum paucitate considerabimus. Mercurium autem cum uno eorum, cum illo uidelicet, qui ei in figura associatur, quicumque fuerit, constituemus. Qui si fuerit orientalis, dabit ei filios: & si occidentalis extiterit, eos auferet. At si datores planetae fuerint soli, erit ei unus filius. Qui si fuerint in signis duorum corporum foemininis, erunt duae. Similiter si in signis multorum filiorum, ut Pisces, Cancer, Scorpius fuerint, duo uel plures nascentur: Si autem masculini fuerint, in signis & in figuris, quas habent, respectu Solis, quod nascetur erit masculini sexus. Et si fuerint in signis & figuris foemininis, id quod nascetur, foeminini sexus esse non dubitabitur. Quòd si super eos infortuna uicerint, uel in signis sterilibus fuerint, ut in Leone & Virgine, filius quidem erit ei, sed infortunabitur, & non uiuet. At si Sol & infortuna praedictis locis dominantur, & non respexerint fortuna, hoc significat, quòd non erit ei filius: & si in signis masculinis uel sterilibus existant, & super eos infortuna uincant, eum nullum filium habiturum significabunt. Et si fuerint in signis foemininis, uel multorum filiorum, aut eis fortunae testificatae fuerint, ei filium, qui mendam aliquam patietur, uel qui breui uiuet tempore, nunciabunt. Quòd si utraque alia in signis filios designantibus, partem habuerint omnes, uel quidam ex illius filijs ab hominibus abhorrebuntur, cuius rei quantitas secundum maiorem planetarum fortitudinem super alios aliquando alia testificantium apparebit, si contigerit, quòd eorum maior uis sit secundum planetarum multitudinem, uel secundum maiores autoritates, aut quòd sint plus orientales, uel propiores angulo, seu altiores, uel ad angulos ascendentes. Et si praefatorum signorum, quae filios dant, dominatrices stellae in suis locis sibi proprijs orientales extiterint, natus erit potens, magnique nominis. Si occidentales autem in locis alia sibi contrariae fuerint, natus erit miser & ignotus. At si horae partibus fortunae alligentur, natus usquequo ducat uxorem, remanebit, & a parentibus diligetur, & eorum haeres efficitur.

efficietur. Quòd si non sibimet inuicem colligentur, uel sibimet in contrarium existant, natus erit litigator, & summum odium super parentes accumulabit, & eos malè tractabit, nec eis in hæreditate succedet. Item si planetæ filiorum datores in figura conuenienter adinuicem associantur, fratres se mutuò diligunt, et honorabunt. Sed si non colligantur, uel in sui opposito per diametrum constituantur, natus fratrum aduersitatis illator & author existet. Res autem filiorum particulares per existimationem deprehēdi possunt, cum planetam filiorum datorem in loco ascendentis posuerimus. Tunc etenim cuncta filiorū particularia, quemadmodum ex natiuitate sciuntur, generaliter agnoscemus.

DE AMICITIIS ET INIMICITIIS. Cap. VI.

Qualitates quidem & amicitia, quarum quæ durabiliōres sunt, amicitia & inimicitia nuncupantur: quæ uerò minus sunt durabiles, in alio applicationes & repulsiones, communes appellantur, taliter inuestigare conuenit. In illis igitur qualitatibus, quas in rebus maioribus cōsideramus, loca que in utriusque natiuitate, dominio potestati magis conueniunt: id est, loca Solis & Lunæ, ac ascendentis, & partis, & fortunæ nos obseruare necesse est. Nam cum hæc omnia in eodem signo fuerint, uel partim, seu uniuersaliter loca commutauerint, maximè autem, cum inter utraque ascendens ferè decem & septem gradus extiterint, inter eos amorem fixum, qui nec separabitur, nec turbabitur, fore dicemus. Si autem in locis, quæ adinuicem non colligantur, uel quæ sibi per diametrum opponuntur, rotauerint, summè discordabuntur, uel sibi inuicem longo tempore aduersabuntur. At si in neutro istorum modorum, sed solummodo in signis, quæ uicissim associantur, extiterit, si ex trino, uel sextili sese respexerint, minor inter eos erit dilectio. Si autem ex quarto sese uiderint, minores inter eos discordias fore non dubitamus. Ita quod quandoque in eorum dilectione uerborum abscisiones intercident, & se alternatim paruipendunt. hæc autem contingunt, cum infortunæ per figurarum loca transibunt. In discordia uerò pax & concordia etiam cum fortunæ per figurarum loca discurrerint, tinterponentur. Quapropter quoniam amicitia & inimicitia que modus, tribus modis existit, id est, quia istarum duarum qualitatum domini hoc ex natiuitate, uel causa lucri & damni, seu propter iram & gaudium facere coguntur. Cum hæc omnia præfata loca, uel earum quàm plurima adinuicem dissimilabuntur, amicitia ex his omnibus speciebus congregabuntur: si autem ad inuicem non conuenerint, inimicitia ex eis colligentur. sed si eorum dilectio conuenientia uel cōuenientia contrariū inter duo tantum hoc luminarium fuerit, necessaria inde dilectio procreabitur, quæ uera & summa amicitia dicitur, in qua maximè confidendum est: inimicitia uerò necessaria, & quàm potest esse deterrima, quæ nunquam cessabit, inde nascetur. Item cum ipsorum conuenientia, uel eius contrarium inter duo utriusque partis fortunæ loca fuerit, quod inde perficietur, causa lucri uel damni proueniet. Quòd si fuerit inter duos ascendentes, id quod efficietur, propter iram & gaudium euenire dicemus. Modos quoque locorum, quibus hæc figuræ societas existit, & id etiam quod super ipsa eleuatur, necnon & planetas, qui ea respexerint, nos obseruare conuenit. In natiuitatibus enim, in quibus planetæ, qui super communis figuræ loca eleuantur, in eodem ferè signo fuerint, uel in eo quod super illud eleuatur, occasione amicitia & inimicitia in sua fortitudine & durabilitate ac sinceritate illis eleuatis planetis nos assignare conuenit. In natiuitatibus autem, in quibus planetarum aspectus fructuosus & idoneus apparebit, occasionem fructus amicitia, & meliorationis inimicitia planetis ea respicientibus, attribuere non disconuenit. In qualitatibus uerò communis amicitia & inimicitia, quæ temporalis sit, & in quibusdam horaria, imò etiam momentanea reperiatur in unaquaque istarum duarum natiuitatum, planetarum modos, id est,

tempora, in quibus Alhileg à locis stellarum unius natiuitatis recedens, ad stellarum loca natiuitatis alterius pertransibit, obseruare non est inutile, quia secundum hoc erunt amicitiae & inimicitiae particulares. Quae suae permanentiae terminum breuiorem ante istius separationem non nouerunt, diurnitatis autem temporis spacium, donec alij stellae coniungatur, metam non inueniet. Saturnus igitur & Iupiter, cum alter eorum ad alterius locum peruenerit, amicitiam inter eos ex agriculturis & hereditatibus iudicabunt. Saturnus autem & Mars, cum alter alterius locum obtinuerit, spontaneas rixas & discordias inter eos generabunt. At ex Saturno & Venere societas & dilectio consanguineorum causa procreabitur, praeter quia citissime terminabitur. Saturnus quidem & Mercurius eorum societatem & commixtionem in rebus uitae, necnon dare & accipere, ac mercari, & horum similia significabunt. Per Iouem quoque & Martem, diuitiarum occasione, uel quolibet dominio uel dispositione, societas & amor inter eos procreabitur. Per Iouem autem & Venerem causa mulierum, uel diuini causa seruitij, aut per domos orationis, uel ex prophetijs, seu ex his similibus se inuicem adamabunt. Iupiter & Mercurius, occasione dialecticae scientiarum & prophetiae, spontaneam societatem indicabunt. Mars autem & Venus, ut ita dicam, ex drueria uel adulterio, seu fornicatione, aut Sodomitico scelere eos pariter associabunt, praeter quod hic breuem, quia unus eorum est fortuna, & alter infortuna, durabilitatem habebunt. Mars quidem & Mercurius inimicitias & deceptiones ac rixas inter eos, occasione incantationum & nigromantiae significabunt. Venus autem & Mercurius in uitae rebus magisterij uel musicae, seu librorum, seu mulierum causa societatem inter ipsos adducent. Augmentum autem et diminutionem in communis amicitiae & inimicitiae uigore ex qualitatibus locorum, in quibus respectu quatuor locorum primorum, quorum est dominium & potestas, existunt, nos scire conuenit. Nam si in angulis, uel cum parte fortunae, seu cum luminaribus fuerint, erit id quod significabunt planius & apertius. Si autem ab eis longè remoti manserint, nequaquam apparebit. eius autem ualitudines & nocumenta secundum proprietatem conuenientis uel inconuenientis qualitatis stellarum, praefata loca respicientium deprehenduntur. Tractare uerò de seruis in dilectione, uel abhorritione suorum dominorum erga ipsos, ex signo proprie, quod infortunij loco fuerit ex naturali similitudine, quam adinuicem habent planetae, qui locum illum in ipsa natiuitatis hora respexerint, uel qui in ipso eodemque loco, seu in eius opposito fuerint, indicabunt: maximè autem si planetae, qui signo illi dominantur, cum locis dominij et potestatis eorum in figurarum societate conuenerint, uel si cum eis eiusdem generis fuerint.

DE PEREGRINATIONIBUS.

Caput VII.

Res equidem peregrinationis, ex luminarium qualitatibus, angulorum respectu deprehendetur, maximè autem ex qualitatibus Lunae. Nam cum Luna occidentalis extiterit, remota ab angulis, peregrinationes, & de loco ad locum mutationes iudicabit. Similiter etiam Mars cum occidentalis fuerit, uel cum à zenith capitum declinauerit, & eius longitudo cum hoc à luminaribus longitudo oppositionis uel aspectus quartae fuerit, quandoque operabitur. Quòd si fortunae pars iterum in signis iter significantibus ceciderit, erit tota eius uita, ac ipsius opera, et actus in locis extraneis. At si fortunae loca praedicta respexerint, uel ad illa perrexerint, aut illa sequentes fuerint, ea quae in peregrinationibus operabit, idonea erunt, ac pauca & proficua. erit etiam ipsius à peregrinatione reditus festinus, atque leuis, nec ei unquam ab aliqua re contradicetur. Sed si ea infortunae aspexerint, erunt illa ipsius opera laboriosa, & nociua, plena timoris, tardè que ex peregrinatione reuertetur. Huius autem rei commixtio secundum planetas, qui
his lo.

his locis associantur in figura, sicut in præmissis ostendimus, semper apparebit. Cum que luminaria in aliqua duarum quartarum orientalium fuerint, frequenter uersus orientis et meridiei partes iter aggredietur. Quòd si in aliqua duarum occidentalium quartarum, uel in ipso eodem occidente rotauerit, uersus septentrionem & occidentem eius iter apparebit. At si ipsa signa, quæ peregrinationem significant, uel eorum domini unius formæ fuerint, fiet iter quandoque. Et si duum corporum uel duarum figurarum extiterint, erit iter cõtinuum, diuq; durabile. At si Iupiter & Venus locis iter significantibus, ac locis luminarium dominantur, nulla erit in itinere formidatio: sed ab eo desiderabitur, eo quòd dominorum terrarum legationem suarum amicorum causa portabit. Hoc autem habilitas complexionis aeris, & rerum ei proficientium multitudo iuuabit. Quòd si cum eis Mercurius fuerit hac prædicta occasione, magnum consequitur proficuum, suam que legationem ad exitum perducet. dabuntur etiam ei dona, & honorabitur. Si Saturnus & Mars locis luminarium dominantur, maxime autem, cum per longitudinem in oppositione fuerit, id quod ei continget, inualetudo nuncupabitur, & ipse multum impediatur. Quòd si in signis humidis uterque moretur, hoc impedimentum ei ex infestatione aquatici itineris, & ex submersione, uel propter infortunium, iter aridæ uiæ per desertorum locorum transitus continget. At si in signis fixis fuerint, hoc ex præcipitatione, & ex uentorum flatibus ualidis adueniet. Si uerò fuerint in signis solstitialibus, uel æquinoctialibus, ex earum rerum, quibus opus habent, defectu & priuatione, ac per qualitates corrupti aeris ægritudinem inferentis, ei hoc accidere non dubitabimus. Si autem in signis humanæ formæ fuerint, ex uiarum abscissionibus, seu proditionibus, uel deprædationibus euenire dicemus: sed si fuerint in signis, quorum formæ syluestrium animalium formis assimulantur, ex luporum rapacitate, siue ex terræmotu continget. Quòd si Mercurius in eis fuerit ex aggressiõibus, timorem inferentibus, uel ex bestiarum moribus, seu uenoforum animalium occasione proueniet. In proprietatibus autem rerum accidentium, id id est, in futurarum occasionum differentijs, siue prosint, siue ob sint à locis dominijs, quæ sint operum & substantiæ, rerumq; corporis & ualetudinis, occasiones secundum prædictas occasiones nos obseruare conuenit. Horarum uerò cognitio, in quibus hæc futura contingent, ex qualitatibus in subsequentijs annorum principijs aduenientibus deprehendetur. In hoc igitur capitulo nobis hoc tractasse sufficiat.

DE QUALITATE MORTIS

nati. Cap. VIII.

Quia post compendiosam prædictorum enodationem mortis qualitates nobis obseruandæ sunt eorum, quæ in uita prædiximus, utrum mors ex radiorum projectionibus, an ex aduentu significatoris ad occidentalem angulum superuenerit, nobis scire conueniens est. Nam si mors ex radiorum projectionibus, uel propter illius, cui coniungetur, ullam coiunctionem interuenerit, cum mortis qualitates scire uoluerimus, eorum quibus coniungetur, loca considerare, non est incongruum. At si propter ipsius ad angulum occidentis applicationem mors affuerit, ipse occidentalis angulus erit obseruandus. Eo quod secundum planetas qui locis prædictis subsequuntur, si qui subsequuntur, uel secundum planetas, qui ad ea primitus iuerint, si planetæ qui eis subsequantur, non inueniantur, mortis qualitas deprehendetur, si cum eorum naturis in scientia differentiarum accidentium stellarum in figura proprietates acceperimus. propriæ autem si qualitates prædicti loci occidentis, quas ex signis & ex naturis terminorum habuerint, considerabimus. Cum Saturnus igitur dominus mortis fuerit, occasione longæ infirmitatis, seu phthisis, aut catarrhi, siue propter corporis dissolutionem, uel ethnicam febrem, necnon ex ileon, aut hydropisi, uentris uel solutione, seu

Saturnus dominus mortis.

ne seu ægritudine uulvæ, & alijs infirmitatibus, quæ magis frigoris occasione
 77 proveniant, mors superunire dicetur. At si Iupiter dominus mortis extiterit ex
 synātia, uel ex peripleumonia, aut apoplexia, seu spasmo, uel ex cephalalgia, seu
 cardia, omnibusq; infrigiditatibus, quæ magnæ uentositatis occasione nascuntur,
 uel per foetidos odores, eis mortem provenire non dubitamus. Quod si Mars e
 ius dominus fuerit, occasione febris asidua uel tertianæ cōtinuæ, ictis uel subiti,
 siue nefreis aut empici morbi, cuiuslibet uel sanguinis meatus uel abortus, seu
 partus uel herispile, aut ægritudinis mortiferæ, omnium uel infirmitatum febrili
 ♀ feruore seu calore superfluo ueniētiū, uitæ terminus imponetur. At si Venus
 domina mortis extiterit, stomachi, uel epatis, seu cordis uitio, aut sanguinis ege
 stione, siue mobilibus apostematibus uel fistulis, aut potionibus, omnibus uel
 ♂ morbis humorū superfluitate uel malitia contingētibus, uitā terminari pronun
 ciabimus. Quod si Mercurius illius dominus fuerit, mētis perturbatione, uel ma
 nia, seu melācholia, siue præcipitatione, aut epilepsia, uel tussi seu sputi superabū
 dantia, cunctis uel morbis nimia uel incōgrua siccitate proueniētib; mors oc
 curret. Illi autē, quibus modo prædicto natura, obitus iniūxerit, cū planetæ, quo
 rum est mortis dispositio, secundū sibi proprias & naturales qualitates, uel his
 cōsimiles fuerint, nec super eos aliquis planetarū, quorum occasione mala mors
 & grauis superuenit, eleuabitur, uitā exuerit. Mors autē, quæ uel, & nō lege natu
 ræ infertur, cōtinget, cū loco mortis utræq; infortunæ dilabūtur, ita quod in ipso
 eodem loco, uel eius aspectu quarto seu opposito permāneāt, aut earū quælibet
 dominiū et potestātē super Solis & Lunæ, uel super utriusq; locū habeat. Mors
 autem mala & iniqua, propter duarum infortunarū coniunctionē cōtinget, eius
 uerò magnitudo per luminariū testimonia proueniet. At ipsius mortis qualitas
 secundū aliorum planetarū aspectus, ac signa, in quibus infortunæ fuerint, adue
 nient. Nam cū Saturnus in quarto Solis aspectu, uel in ipsius opposito, & in sua
 alaiæ contrario fuerit, si in signis fixis permanserit, manu populī lapidante, mor
 tis nexibus opprimetur, uel strangulatione, seu pœnis mortiferis affliget. Cumq;
 occidentalis fuerit, & eum Luna sequatur, idē euenire non ignoremus. At cum
 in signis, quorū figuræ ferarum figuris asimulantur, extiterit, ferarū morsibus in
 teribit. Quod si Iupiter ei testificet, et infortunatus existat, in eo conuentu uirorū
 die nota & solenni, ferarum obiectus uoratuī, damnabitur. Quod si in alterius lu
 minaris in ascendente locum obtinentis oppositione permanserit, carceris inte
 ritu periclitabitur. At si Mercurius ei in figura coniungatur, maximè autem in
 figuris serpentum cœlestis sphaeræ, uel in signis, quorum figuræ sunt ferarum ra
 pacium, uenenosorum animalium morsibus dilaniabitur. Si Venus autem
 cum eis extiterit, potu mortifero fraude mulierum attributo, morietur. Quod
 si in Virgine, uel in Piscibus, aut in signis humidis sibi locum uendicauerit, Lu
 næ que in figura associetur, uitam submergendo terminabit. At si in naui fuerit,
 tempestuosa fluctuatione maris uita priuabitur. Et si in aliquo signorum solsti
 tialium, uel in signis quadrupedibus cum Sole fuerit, seu in Martis oppositione
 uice Solis permanserit, ruine casu perimetur. Si autem in cœli medio, uel eius op
 positione fuerit, ex alto præcipitabitur & morietur. Mars autem, cum in quarto
 seu opposito Solis seu Lunæ fuerit aspectu, & in suo alaiæ cōtrario, si in humanæ
 formæ signis rotauerit, propter guerras & alterationes inter suos consanguineos
 contingentes seu bellando, capitis abscissione peribit, uel sibi manum propri
 am causa mulierum inferet, aut mulierum manibus interficietur. Illud autem
 eueniet, cum ei Venus iterum testificabitur. Quod si ei in figura Mercurius asso
 cietur, latronum & piratarum insidiatorum uel manibus dilacerabitur. At si in
 abscisis membra uel imperfectarum fortunarū signis, seu in cathenæ capite cum
 eius domino farseo fuerit, capitis siue membrorum abscissione migrabit. Et si in
 Scorpione, uel Tauro fuerit obustione aut perforatione membrorum, uel incisi
 one, uel spasmo, uite terminos transibit. At si in cœli medio uel in eius opposito
 permānerit, in cruce suspendetur: maximè autem si cum Ficare & Andromade
 fuerit,

Mors præter
 nature legem.

fuerit. Quòd si in signo occidentalì, uel in ascendente locum habuerit, uisus igne cremabitur. Et si in signis quadrupedibus extiterit, cadendo conteretur. Si uerò Iupiter ei testificetur, & infortunatus existat, ira potestatis uel regis mortis subibit iudiciũ manifestum. Quòd si utraq; infortunæ iungantur, uel altera alteri opponatur, quemadmodum prædiximus, ut mortis scilicet sit occasio, malam uitalis spiritus priuationem peiorabunt. Dominus autem qualitatis mortis est dominus interficientis loci. Interficiencia quidem accidentia in quantitate uel qualitate multiplicabuntur, cum utraq; infortunæ in locis interficientibus auctoritatem habuerint. Cumq; stellarũ qualitates huiusmodi fuerint, sepultura carebit & regimine: gressibilia, rapacia, uolatilia, prædatoria cum in signis horũ animalium formarum susceptiuis infortunæ fuerint, nec locis interficientibus fortunatũ aliqua testificetur, & eis in hemisphærio inferiori cõmorantibus, ipsius cadauere pascentur. Cumq; planetæ locorũ interficientium dominatores in locis declinantibus extiterint, maximè autè, cum Luna prædictis in locis, & in quarto, seu in istorum locorum oppositio manserit, inter alienigenas iuri mortis obediet.

DE DIVISIONE TEMPORVM IN
uita nati. Cap. IX.

Postquam in unaquaq; specierum istarũ prognosticandi modũ usq; ad notitiæ ipsarum uniuersaliũ rerum perfectionẽ generaliter, prout ostensum est, explicauimus, ipso eodẽ calle, ea quæ in natiuitatũ partitione per tẽpora in ipsis obseruanda, & in rebus particularibus præfatis modis sunt attendenda, nos superaddere naturaliter cõuenit. Quemadmodũ igitur iudicia & existimationes rerũ particularium, quæ in enarratione natiuitatũ à præfatis locis assumpta sunt, præmittuntur, & si maior eorum pars sint iudicia & existimationes, quæ ab ipsis eisdem regionibus assumuntur, scilicet quæ à regionibus sumuntur, & ipsa sunt iudicia, in quibus particularia, quæ in natiuitatibus obseruantur, generaliter continentur, ut sunt formæ & figuræ corporũ ac qualitatum, animarũ proprietates, necnon differentie morum & legũ. Conuenit etiã his, qui naturaliter hoc obseruauerint, ut primæ occasione, quæ cæteris cõuenientior est, ne unq; in natiuitatibus similitudine decipiantur, semper adhæreant. Veluti si natũ in Æthiopia albedine & capillorũ planitie decoratũ, uel horum animarũ qualitates magis domesticas, seu ad rationes procliuiiores, siue rerũ inuestigatores eos esse dixerint. Aut si terre Aliemam incolas, syluestres animas, mutuos, & à ratione dissentaneos affirmauerint, uel in his iterũ propter mores & leges uniuersarũ gentium proprias decipiantur. Quemadmodũ si in matrimonijs Italos suas germanas in uxores ducere decreuerint: superaddendum etenim eis esset in iudicio, si nati fuerint in Ægypto, uel in Ægyptiãcis suas matres nubere, sine huius additamẽtopregnauerint, si nati fuerint in Persia. Vniuersales aut qualitates in suis iudicijs et existimationibus prius generaliter obseruare, deinde particulares quantitates, quas iudicabũt, his superaddere cõuenit, ut augmẽta et diminutiones in his cõtingentes, ex hoc deprehendant. Similiter etiã in diuisione temporũ et horarũ nati, ut tẽporales annorũ differentie, eorumq; cum unoquoq; futurorũ subsequentiũ similitudines præmittantur, & ut eorum qualitates inspiciant, ita quod nullatenus in generalibus accidentibus, quæ natiuitati obseruauerint, decipiantur, necessariò conuenit, ut puerum operari, ac uxorem ducere, uel id agere, quod à nullo, nisi maioris sit ætatis, agi poterit, & ut decrepita uirum ætatis prole gignere, actusq; soli iuuentuti possibili effecere diiudicent: imò generaliter eis conuenit, & ea quæ per temporũ obseruationes deprehenderint, ex annis ipsis conuenientibus, his quæ eis assimulantur, & quæ in ipsis accidere possunt, superaddere: eo quòd eadem uia, idemq; modus, necnon idem & unus ordo cunctis temporalibus differentijs habetur, naturam uniuersalem omnes homines continentem complectens, & cum septem planetarum ordine similitudinem obtinens. Hæc autem uia siue ordo à primis annis & à sphæra nobis affiniore, scilicet lunari sumit exordium, & in extremis annis ad ultimam planetarum sphæram, quæ Saturni dicitur, explicatur.

explicatur. Sciendum est etiam, singulis annis res accidere, cum illius planetę natura, qui in illius anni directo fuerit, similitudinē sortientes. Huius autē observatio rei necessaria est ad generalis horū uniuscuiusq; temporū qualitatis cōprehensionem. Quorum differentię particulares ex eis inhærentibus proprietatibus cognoscētur. Nam quia Luna ad plus 4 primorum annorū infantis dispositioni dominatur, qui numero, per quē quatuor primos annos intelligimus, assimilantur, infans sui corporis teneritudinē & infirmitudinē, festinumq; cremētum suscipit, cuius etiam maior & frequentior est aquosa cibatio, eiusdemq; formę leuis alteratio, necnon ipsius anima debilis, imperfectaq; tenetur, secundum quod ex eis qui propter opificē infantis animę partem accidunt, cōueniens est. Et quoniam secundus planeta, qui Mercurius appellatur, dominus existat dispositionis decē annorum sequentium, qui & pueritię sunt, & secundi nominantur: propter hoc inquam, quod numeri medietatis uiginti annorū ipse dominus est, infra hoc annorum spacium effectū intellectus, & ratiocinationis animę manifestū, puer ingreditur, uelut si quasi eruditionis planta, & qualitatum animę radices in eo plantarentur. In his etiam annis ex eorū quę aptantur proprietatibus castigatio, necnon & doctrina splendescit, & ad primi exercitiij modos expergefactus insurgit. At quia dispositioni subsequentiū annorum octo, qui & adolescentię sunt, et tertij nominantur, Venus dominādo præsidet, & qui numero annorū eius proprię circumuolutionis æquantur, motus decursus spermatis, eiusq; multitudinis aduatio sumit initū, & ad actus usq; uenereos adolefcens ipse mouet. hoc autem tēpus esse dicimus, in quo animę quasi bolismi similitudinē sortiuntur, & uix miniam abstinentię portione tangentes, ad plurimumq; cupidinis impetum in omnibus, ex rebus Veneris contingere possibilibus peruenientes, tēpestuosam luxuriam, deceptionē, mentisq; cæcitatem in optatis omnibus incurrūt. Et quia Sol medialis spherę dominator, dispositioni annorū unum de uiginti, qui quarto loco notati, & ordine sunt medij, & iuuentuti deputati, præesse dicitur, in operibus potentię, & in fructuosa dispositione uite, necnon eiusdē directione sollicitudinem inuenilem habere animam sancimus, & ex qualitibus derisorij ludicris & deceptibilibus ad animę salutē, pudorisq; conseruationē, ac honoris affectum, eam alteri dicimus. Post Solem autē quia Mars quindecim annis, quinto loco constitutis dominatur, qui sunt anni roboris atque uigoris, & numero proprię rotationis ipsius æquantur, uitę grauitas ac impedimentū & aduersitas incumbunt, animę uerò cum corporibus anxietates & impedimenta sustinēt, & corporis declinatio ferē sentitur et intelligitur. operabitur etiā homo grandia, unde sibi summus labor eueniet, quorū explicationē ante suę morris accessum expetitur. Deinceps autem Ioui, sexti loci, senem uendicāti, senectutis annos duodecim, suę proprię circumrotationi æquales assignamus, in quibus homo ab operibus corporis & laboriosis, necnō & ab anxietate manū rethahit, animamq; suam deinde periculo non committit, pro quibus omnibus sanum mentis habitum induens, bonę conseruationi studebit, & præ sua magnanimitate turpia negligēs, in omnibus rebus desiderādo prouidus, necnō sermocinator & cōsolator habebitur. In hoc etiam tēpore circa libertatem & honorificentiam, bonamq; famam cum pudore & reuerentiā maximē sollicitabitur. Post hos autem anni Saturni, uelut in extremo positi, qui sunt senij, nec ante uitalis locis egressum terminati, ordinatim eueniunt. Hos frigidior, corporisq; motus, grauedo delectationis, & appetitus diminutio, necnon & natura festina declinatio cōmutantur: hæc autē qualitas uitam hominis exuit, impedimentū & tristitiam, modicamq; rerum sustentationem, propter suorum motuum debilitatem imprimat. Hæ sunt igitur qualitatum temporum proprietates, quę secundum generales res naturę apparent. Particulares uerò temporū proprietates, quoniā non nisi ex natiuitatis proprietatibus obseruare debemus, id quod ex eis uniuersale apparuit, nobis ab alhileg dominatrice considerauimus. Nostra tamē in his obseruatio non ex earū aliqua sigillatim, sed ex omnibus notitiam attulit, quemadmodū in uitę spacio peractum

peractum est. Illa etenim alhyleg, quæ ab ascendente sumitur, in corpori accidētibus & peregrinationibus utimur. Ea uerò, quæ à parte fortunæ consideratur, in rebus substantiæ potimur. A Luna quoq; sumpta in animæ qualitatibus, & coniugijs obseruamus. Quæ autem à Sole deprehenditur in rebus ualentia & sublimitatis assumimus, à medio uerò cœli repertam in alijs omnibus sui esse qualitatibus particularibus, ut in operibus & amicis atq; filijs sequimur. Nos nanq; sic facientes non nisi unum solum planetam, fortuna uel infortuna fuerit, rei dominum intelligimus, quod iustum & idoneum fore non ambigimus. Cum in eadem simul hora sæpe contraria occurrunt accidentia, ut cum quis aliquem suum amittit consanguineum, cuius heres efficiatur, uel infirmitas incubuerit, & dicitur, seu ociose uiuendo prole procreauerit, & his similia frequenter accidentia in corpore & in anima, in diuitijs & potentia, necnon in cæteris accidētibus bonis siue malis, una eademq; qualitas ita necessariorum proueniens, ut in his omnibus homo bonum seu malum incurrat: at in temporibus intensionis fortunæ uel infortuniæ, huic simile contingere, forsitan est possibile, cum omnes fortunæ uel infortuniæ pariter omnibus alhyleg, uel eorum pluribus obuiauerint, quod successiuè contingere manifestum est, ob quod humana natura ad utriusq; intensionem, propter subitam declinationem, & à temperie exitum bonorum & malorum alteratione contingentes, minimè peruenire poterit. Hoc igitur prædicto modo res locorum omnium alhyleg deprehendunt. Ex locis autem alhyleg obuiationibus, non tantum exitum uitæ significantia, uelut in spacio uitæ consideranda sunt, uerum etiam omnia intuenda fore iudicamus. Item nec eorum tantum corpoream uel oppositam, seu tetragonalem obuiationem, sed etiam illis extrinsecus coniunctum, obseruare debemus. Tempora quoq; in unaquaque alhyleg planetæ in ipso eodem gradu existentis alhyleg, uel eidem in figura associata primitus attribuemus. Quod si nullus planetarum in illo gradu permanserit, nec ei quis in figura associatus fuerit, illa uiciniore planetæ gradum illum præcedenti conuenit, ut assignemus, donec ad illum, qui gradum prædictum, gradum sequentem respexerit, perueniamus, & huius ad illum secundum signorum successionem sit aspectus, dehinc sequentia tempora præfata donentur, usquequo ad illum qui eum subsequitur applicemur. Et similiter in omnibus faciendum esse decernimus. Planetas etiam in suis terminis existentes constituemus, quosdam ex planetis quos obseruauerimus, & quos quasi dispositores posuerimus. Numerum autem annorum, numero graduum longitudinum dari conuenit. Alhyleg igitur ab ascendente sumptæ numerus annorum numero temporum ascensionum climatis, in quo natiuitas fuerit, equalis assignabitur, alhyleg autem à cœli medio deprehensæ anni, quorum numerus numero temporum transitus per cœli medium æquabitur, præbeantur. In alijs etiam alhyleg aliunde sumptis hoc ordine procedemus, & secundum earum appropinquationem ad angulos numerum ascensionum uel occidentium, seu per medium cœli transitus, quemadmodum in enarratione spacijs uitæ explanauimus, accipiemus. Hoc igitur modo præfato, res rerum temporum uniuersalium dominatrices deprehenduntur. Dominatrices autem rerum annorum cognoscuntur, cum annorum numerum à natiuitate sumpserimus, & ab uno quoque locorum alhyleg incipiendo, unicuique signorum, secundum sui successionem annum unum proiecerimus, & illius signi dominus, in quo numerus terminatus fuerit, reseruabitur. Hoc idem & in mensibus faciemus. nam numerum mensium, qui ex natiuitate præterierunt, accipiendo à locis, quorum est anni dispositio 28 dies, unicuique signorum proieciemus. Quod & similiter in diebus faciemus. Numerum etenim dierum à die natiuitatis sumentes, à locis mensium unicuique signo duos dies & tertiam obijciemus. Planetarum iterum existentiam in locis temporum nos obseruare conuenit. Hoc etenim futurorum in temporibus contingentium, cognitionem non minimè adiuuat. Existentia itaque Saturni in locis temporum uniuersalium, Iouis quidem in locis annorum, Solis aut Martis, Veneris, Mercurijq; in locis mensium, Lunæ uerò in dierum locis obseruabimus. Ex planetis temporum uniuersalium dominos in esse futuri, ac eidem perfectionem considerabimus. Temporumq; particularium dominos, in huius au-

Contraria accidentia.

Dominatrices rerum annorum.

gmento uel diminutione secundum rerum in locis existentium similitudinē inspiciemus. hoc etenim erit occasio fortitudinis & debilitatis accidentium. Nam proprietatum uniuersalis qualitatis, & spacij tēporis significator locus alhyleg, dominusq; temporum uniuersalium, qui terminorū est dominus, perhibetur ob hoc, quod unaquaq; stellarum istarum in ipsa eademq; natiuitate, cum locis stellarum, quarum prius fuerit dispositio, similitudinem habuerit. Sed rei accidentis bonitas siue malitia ex proprietatibus qualitātū naturæ dominorum temporū, eorumq; complexione in faciendo bonum siue malum, necnō ex eorum in principio cum re dominatrice, similitudine seu cōtrarietate deprehēdetur. At in quo temporū propriē futurum cōtingat ex signorum rei anni & mensis dominantū qualitātibus, quas secundū loca quæ futuri sunt, occasiones habuerint, necnō ex qualitātibus contingentibus, cum planetæ ac Sol & Luna in signis rei annorum & mensium dominatoribus extiterint, iudicabitur. nam planetæ, qui cum prædictis locis ab hora principij, quæ natiuitatis dicitur, conuenerāt, eisq; in figura hora existētiæ conueniēter associati fuerint, bonū in re futura significabunt. Cumq; in contrario fuerit, ei malum annunciabunt. Illi autem, qui eis inconuenienter associabuntur, ut sit scilicet in earū oppositioe per diametrū, uel in quarto aspectu, & in contrario aliaz, erunt aduersitatis occasio. In alijs uerō qualitātibus nihil operabuntur. Quod si idem planetæ in temporibus, & in esse potestatem habuerint, nam futuri boni seu mali superfluitatem & augmentum sentiet. hoc autē necessariō magis cōtinget cum potestate super occasionem, ad hoc, ut tēporibus solūmodo dominantur, caruerūt: imō propter hoc, quod ipsi iterum in principio natiuitatis dispositores extiterint. Et ut nato in omnibus suis rebus bonum siue malum pariter eueniat, quandoq; cōtingit, seu propter hoc, quod omnes species alhyleg, aut earum quidem plures in uno eodemq; loco concurrerint, uel quoniā à se inuicē segregatæ fuerint, & in eodē tempore res eis obuiam euntes, uel quæ omnes, seu earū quamplures fortunæ uel infortunæ fuerint, sibimet inuicem cōuenerint. Hac igitur uia secundum modum naturali rei competentem per res temporum prognosticamur. Viarum autem particularium, quibus temporalis futuri qualitates prognosticātur, ob hoc quod inde prouenientium multiformis est collectio, necnon grauis enarratio. Maximē autem in hoc loco enarrationē proponere idoneum iudicauimus, eo quod ab illius libri primordio opus generalis naturæ stellarum, eiusq; cum rebus particularibus, ut oportet, similitudinē secundum speciei rationalis existimationem in commixtione horum explanare proposuimus. Rebus itaq; natiuitatum generalis explicatis, hoc in loco huic libro finem imponere, non incongruum existimamus.

CL. PTOLOMAEI CENTILOQVVM.

SIVE CENTVM SENTENTIAE, IO. IOVIANO

Pontano interprete.



Te & à scientia. Fieri enim nequit, ut qui sciens est, particulares rerū formas pronunciet: sicuti nec sensus particularē, sed generalē quandam suscipit sensibilis rei formam, oportetq; tractantē hæc, rerū coniectura uti. Soli autē numini afflati prædicūt particularia.

2 Cum is qui consultat, ipsum melius scrutabitur, inter id & eius formam nulla rerum differentia erit.

3 Qui ad rem quampiam aptus est, habebit profectō & huiusmodi significationis stellam admodum potentem in sua genitura.

4 Anima ad cognitionem apta, uerū plus assequitur, quàm qui supremum in modum se in scientia exercuit.

5 Potest qui sciens est, multos stellarum effectus auertere, quando naturam earum nouerit, ac seipsum ante illorum euentum preparare.

6 Tunc dierū prodest & horarū electio, cum tēpus à genitura bene constitutū est. Si enim cōtrariū est, nequaquā p̄fecerit, quāuis bonū fortasse exitū respexerit.

7 Non

- 7 Non potest quispiam stellarum mixturas percipere, nisi naturales prius differētiās, mixturasq; cognouerit.
- 8 Sapiens anima confert cœlesti operatione, quemadmodum optimus agricola arando, expurgandoq; confert naturæ.
- 9 In generatione atq; corruptione formæ afficiuntur à cœlestibus formis. Idcirco qui imagines faciunt, ijs utuntur, cum eò stellæ ingressæ fuerint obseruantes.
- 10 In dierum horarumq; electionibus utere maleficis, perinde ut optimus medicus ad curationem uenenis utitur moderatè.
- 11 Diem horamq; non antè eligas, quàm propositæ rei noueris qualitatem.
- 12 Amor odiumq;, ne uera eueniant iudicia, prohibent: siquidem minuunt maxima, augent minima.
- 13 Cum cœlestis constitutio quippiam significauerit, adiutricibus etiam corruptiuis stellis, hoc est, secundarijs utere.
- 14 Quantis in erroribus uersatur astrologus, cum locus septimus, atq; eius dominus afflicti erunt.
- 15 Ascendentia inimicorū regni, sunt signa ab ipsius regni ascendēte declinātia. Amicorū uerò ascēdētia, sunt cardines, locaq; succedētia. Idē & in dogmatibus.
- 16 Cum in octauo loco beneficæ dominabūtur, damnum à uiris bonis afferūt: quæ si bene affectæ fuerint, illud dimouebunt.
- 17 Cum de senis cuiuspiam uita iudicas, non antè iudicium feres, quàm dimēsus fueris, quot ille possit annos uiuere.
- 18 Cum ambo luminaria in eodē minuto fuerint, si ascēdit benefica, natus eque sanè in omnibus quæ inciderint, bene fortunatus erit. Simili modo, si & inuicē opponentur ab ortu atq; occasu. Sin malefica est in ascendēte, contrariū sentias.
- 19 Vis purgationis hebetatur, cum Luna fuerit Ioui coniuncta.
- 20 Membrū ferro ne pcutito, cum Luna signū tenuerit, qd mēbro illi dominaf.
- 21 Cum Luna fuerit in Scorpione aut Piscibus, dominusq; ascendētis stellæ sub terram positæ copulabitur, bonum est purgationibus uti. Si uerò copulatur stellæ supra terram constitutæ, potionem qui sumpserit, euomet.
- 22 Vestem nec primū induas, nec incidas, ubi Luna fuerit in Leone collocata. Est autem peius, si eadem malè affecta fuerit.
- 23 Lunæ ad stellas figuratio, natum bene agilem facit: quæ si potentes fuerint, effectiuam: sin imbecillæ, inertem ad agendum commotionem indicant.
- 24 Defectus luminarium in cardinibus genituræ, annuarum uel conuersionum noxius est: accipiunt autem locum ab interuallo ascendētis ac loci defectus. Ut autem ab hora solaris eclipsis annos, sic ab eclipsis lunaris horis menses capis.
- 25 Dominatoris progressionem cum in medio cœli positus est, per sphaeræ ascēssiones: cum uerò in ascendente constitutus est, per climatis ascensionem facito.
- 26 Latet planè res, cū stella eā significās aut sub terra, aut in loco alieno Soli cōiungit: cōtrā patet, cum è depressiōe in altitudinē tollit, pprioq; in loco collocat.
- 27 Venus nato uoluptatem affert in membro, cui signum in quo ipsa est, dominatur. Idem & in cæteris stellis.
- 28 Cum præstare non poteris, ut duabus Lunam stellis coniungas, id præsta, ut stellæ fixæ eam coniungas, illarum mixturam habenti.
- 29 Stellæ fixæ irrationabileis, atq; admirabileis felicitates afferunt: quas tamen plerunq; calamitatibus insigniunt, nisi & planetæ ad felicitatem conueniant.
- 30 Inspice primorum generis regum creationes. Si enim ascendens creationis conuenit cum ascendente genituræ regis filij, is regis successor erit.
- 31 Cum regni dominator in locum climatericū inciderit, tūc aut rex, aut è regni principibus magnus quispiam morietur.
- 32 Concordiam inter duos facit conueniens stellarum figuratio, speciem rei significantium, ex qua beneuolentia in utriusq; genitura constituta est.
- 33 Amor, odium, tum ex luminarium concordia discordiaq;, tum ex utriusq; genituræ ascendētibus deprehēditur. Adaugent aut beneuolentiā obediētia signa.

- 34 Dominator seu hospitator interlunij si cardinalis fuerit, quæcunq; illo mense futura sint, significat.
- 35 Sol cum in alicuius stellæ locū deuenit, uim eius excitat, quā in aëre habet.
- 36 In condendis urbibus stellis fixis, quæ conferre habeant, utere. In ædificandis uerò domibus, erraticis. Reges cuiuscunq; urbis, quæ Martem culminantem habuerint, gladio plerunq; pereunt.
- 37 Qui Virginem aut Pisces horoscopum habent, hi potestatis suæ causa erunt: quorum autem ascendens erit Aries aut Libra, hi mortis suæ causa erunt. Eodem modo in cæteris signis ratiocinaberis.
- 38 Cum Mercurius in altera domo Saturni constitutus ac potens fuerit, coniecturatum nato dat intellectum, ac rerum scrutationem: in Martis uerò domo, ac præsertim in Ariete, facundiam.
- 39 Afflictio undecimi loci in creatione regis, detrimentum significat & domesticorum eius, & pecuniarum. Secundi autem loci afflictio, pecuniarum ouilis eius detrimentum significat.
- 40 Cum ascendens à maleficis oppressum fuerit, qui tunc natus est, sordidis rebus delectatur, ac malè olentes odores probat.
- 41 Loci octaui, dominiq; eius afflictionem tempore discessus cauet: at secūdi, atque eius domini, tempore reditus.
- 42 Morbus qui cœpit, cum Luna fuerit in eo signo, quod malefica aliqua tenuit in genitura, siue in quadrangulo, aut diametro eius, grauissimus futurus est. Si autem malefica respicit, periculosus. Sin in loco, ubi genitura tempore benefica fuerit, sine periculo erit.
- 43 Maleficas gentis figuras contrariæ temporum significationes intendunt.
- 44 Noxium est, cum ægri ascendens genitura ipsius figuris refragatur, neq; ad beneficum aliquem tempus peruenerit.
- 45 Quisquis genitura suæ dominatores aut ascendens in signis humanis non habet, ab humanitate alienus etiam sibi ipsi erit.
- 46 Magnæ in genituris felicitates cōferuntur tū à stellis fixis, tū ab interluniorū cardinibus, tū à locis partis fortunæ regni, cum horoscopus in eis repertus fuerit.
- 47 In genitura cum malefica in locum beneficæ in alterius genitura inciderit, is qui beneficam habet, ab eo qui habet maleficam, detrimento afficietur.
- 48 Quando culmen domini, hoc est principis, fuerit horoscopus subiecti, aut dominatores beneuola configurabuntur figura, diu inseparabiles permanebūt. Idem etiam, cum sextus locus serui inuentus fuerit horoscopus principis.
- 49 Cum ascendens subiecti fuerit culmen in genitura domini, tantam subiecto illi fidem dominus adhibebit, ut ei ab illo imperetur.
- 50 Ne prætermittas centum & decem nouem coniunctiones. In his enim posita est cognitio eorum, quæ fiunt in mundo & generationis, & corruptionis.
- 51 In quo signo Luna est geniture tempore, illud in conceptu fac ascendēs. Et in quo signo inuenta fuit in cōceptu, illud, aut eius oppositū fac ascendēs in partu.
- 52 Domini genitura hominum proceræ staturæ in sublimitatibus sunt, & ipsorum horoscopi in signorū principijs. Eorum uerò qui sunt breuis staturæ, in humilitatibus inueniuntur. Ad hæc inquireto, signa ne recta, an obliqua sint?
- 53 Domini genitura macilentorum hominum, latitudinē non habent, pinguiū autem habent. Quòd si latitudo australis est, agiles erunt: sin borealis, inagiles.
- 54 Dominatores in ædificationibus, ubi copulantur stellæ subterraneæ, ædificij erectionem impediunt.
- 55 Martis aduersus naues noxia uis imminuitur, cum neq; in cœli medio, neq; in undecimo est loco. in his enim locis nauem corrumpit, prædonibus per uim occupantibus. Incendetur autem nauis, si ascendens ab aliqua stella fixa, quæ ex Martis mixtura sit, affligetur.
- 56 Cum Luna est in primo quadrangulo, hoc est, ex quo à Solis cōiunctione recessit, corporū humiditates ad secundū usq; effluunt, in reliquis autē decrescunt.

- 57 Cum septimum locum atque eius dominum in ægritudine afflictum uideris, medicum mutato.
- 58 Coniunctionis locum, quo in loco ab anni ascendente est, inspicere: si quidem cum profectio illuc peruenerit, tunc euentus erit.
- 59 De absente quod acciderit, ne pronunciatum, antequam uideris, an temulētus factus sit: neque quod uulnus acceperit, antequam exquisieris, an sanguis ei missus fuerit: neque quod thesauros inuenerit, priusquam scrutatus fueris, ne forte depositum acceperit, cum omnium figuræ similes sint.
- 60 Super ægrotis criticos dies inspicere, ac Lunæ peragrationem in angulis figuræ sexdecim laterū. ubi enim eos angulos bene affectos inueneris, bene erit languenti: contra male, si afflictos inueneris.
- 61 Luna significat ea quæ corporis sunt, ut quæ ei pro motu similia sunt.
- 62 Cum minutū cōiunctionis principium facies, potes de mutatioe aëris in mēse illo iudicare. erit enim iudicium iuxta dominatorem anguli figuræ cuiusq̃. uincit enim hic aëris naturam, assumens in his etiam presentis temporis qualitatem.
- 63 Cum Saturnus Iupiterq̃ coniunguntur, uter eorum sublimior sit, uide, ac iuxta illius naturam pronunciatum. Idem etiam in cæteris stellis facito.
- 64 Vbi sciscitationis dominatorem inspexeris, quam hic in anni conuersione seu in ascendente nouilunij potestatem habet inspicere, ac secundū hæc pronuncia.
- 65 In minima coniunctione, differentia mediæ coniunctionis, & in media maximæ coniunctionis differentia.
- 66 Sola profectio ne utare, sed etiā attributionibus & adēptionibus stellarū,
- 67 Diminuuntur anni ob accipientis imbecillitatem.
- 68 Malefica cum matutina est, casum: uespertina uerò morbum significat.
- 69 Erit in uisu nati uitium, cum Luna Soli aduersa est, ac nebulosis stellis cōiungitur. Item cum Luna est in occiduo cardine, ambæq̃ maleficæ stellæ in cardine orienti, Sol quoq̃ cardinalis est, natus ipse oculis capiatur.
- 70 In furentibus Luna Mercurio non copulatur, neuterq̃ ascendenti in dæmoniācis, in hac figura Saturnus quidem noctu, Mars autem interdum cardinem tenebit, maximeq̃ in Cancro, Virgine, ac Piscibus.
- 71 In marium genituris cum utrunq̃ luminare in signis fuerit masculinis, actiones eorum secundum naturam erunt. In genituris uerò mulierum, actiones ipsæ intenduntur. Idem de Marte Venereq̃. matutini nāq̃ masculinescunt, uespertini foeminescunt.
- 72 Quæ sunt educationis, à dominis triangularitatis ascendenti capito: quæ uitæ, à dominis triangularitatis luminaris conditionarij.
- 73 Sol ubi repertus fuerit cum capite Gorgonis, si neq̃ aspicitur à benefica stella, neq̃ benefica octauo loco præest, dominusq̃ conditionarij luminaris Marti opponitur, aut eum è quadrangulo percutit, ei qui natus est, caput truncabitur. Quòd si luminare culminabit, corpus eius sauciabitur. Sin copulatio à Geminis, aut à Piscibus fuerit, manus ac pedes eius amputabuntur.
- 74 Quicumq̃ Martem ascendentem habet, omnino cicatricem in facie habebit.
- 75 Cum Sol ascendenti domino cōiungitur in Leone, nec Mars aliquam in se ascendente prærogatiuā habet, nec benefica in octauo loco est, qui natus est, exuret.
- 76 Cum Saturnus cœli medium tenet, opponiturq̃ ei conditionarium luminare, ac terrenum signum est in imo, qui natus est, ædificiorū ruina interibit. Quòd si humidū signum est, aquis suffocabitur. Si uerò humanum, ab hominibus stragulabitur, aut laqueo flagellis ue peribit. Verum si benefica octauo in loco est, propior his erit, non tamen morietur.
- 77 Ascendentis profectioem pro ijs quæ corporis sunt facito, partis fortunæ pro ijs quæ sunt externa, Lunæ pro corporis animæq̃ connexionem, medium cœli pro actionibus.
- 78 Exercet sæpe uires stella quo in loco nullas habet uires, lucrum inexpectatū nato afferens.

- 79 Mars cum in undecimo est loco, qui hūc sic habet, domino suo nō dominaē.
- 80 Cum Venus Saturno coniungitur, habetq; hospitatorem aliquem in loco septimo, qui natus est, sordidi coitus erit.
- 81 Tempora modis septem deprehenduntur, ab interuallo duorum dominatorum, ab interuallo configurationum inter se, ab accessu alterius ad alterum, ab interuallo inter se alterius ipsorum, & loci rem quæsitam significantis, ab occasu stellæ cum additione atq; ademptione, & à mutatione dominatoris, & ab accessu planetæ in locum suum.
- 82 Cum figuræ æquales erunt nouilunij aut plenilunij, horoscopū inspice: quæ si etiam æqualis fuerit, ad ferendam sententiam ne properes.
- 83 Tempus impetrationis, inter impetrantem ac regem affectionem indicat. Cathedra autem indicat ea quæ actionis sunt.
- 84 Mars cum est ascendens dominus tēpore captæ possessionis, præestq; secundo loco, aut copulatur domino secundi, multum damnum afferet.
- 85 Cum ascendens dominus secundi loci domino cōfigurabitur, spontè princeps multas impensas faciet.
- 86 Sol est fons uitalis potentia, Luna naturalis.
- 87 Mensium conuersiones fiunt ex diebus uiginti octo, horis duabus, ac minutis circiter decem & octo. Quidam autem à peragracione Solis iudicant, cum partiliter exæquatus est gradui ac minuto, quod in initio obtinet.
- 88 Cum partis fortunæ profectiōē in toto reuolutionis anno facere uolumus, à Sole in Lunam, ac tantundem ab ascendente capimus.
- 89 Quæ sunt aui, à loco septimo: quæ autem patruī, à sexto uide.
- 90 Cum dominator ascendens uiderit, res quæ occulta est, secundum ascendētis naturam erit: quod si non uidet illud, erit secundum naturam loci, in quo ipse est dominator. Et horæ quidem dominus colorem eius, Lunæ uerò locus tempus demonstrat: eritq; res noua, si supra terram: sin sub terram, uetus. Fortunæ pars quantitatem eius, longa ne, an breuis sit, demonstrat. Dominus finium, imi ac medij cœli, item Lunæ, substantiam eius demonstrat.
- 91 Malum signum est, cum ægroti dominator combustus est, maximè si fortunæ pars affligitur.
- 92 Saturnus orientalis non adeò nocet ægro, sicuti nec Mars occiduus.
- 93 Ex figuris nō antè iudicabis, quàm coniunctionem feceris. Principia enim in unaquaq; coniunctione transmutantur: quocirca ambas misceto, nec errabis.
- 94 Locus potentioris ex dominatoribus ea quæ in cogitatione sciscitantis sunt, indicat.
- 95 Quæ cum singulis oriuntur decurij, ea nati uoluntatem ad artem quam tractat comprobant.
- 96 Significantia eclipsis decreta sunt eius quæ propius cardines. Considera etiā naturam stellarum simul consistentium tum erraticarum, tum fixarum, ac etiam simulacra coorientia, & secundum hæc pronuncia.
- 97 Res de qua est sciscitatio, breui perficitur, cum nouilunij seu plenilunij dominus cardinalis est.
- 98 Traiectiones atq; crinitæ secundas partes in iudicijs ferunt.
- 99 Traiectiones aëris siccitatem indicant: quæ si ad unam partem feruntur, ab angulo illo uentum indicant: sin in diuersas feruntur partes, aquarum imminutiones, aëris turbationes, & exercituum incursiones indicant.
- 100 Cometæ, quorum intercapedo est undecim signorum à Sole, si apparuerint in cardinibus, regni alicuius rex, aut ex principibus regni aliquis morietur. Sin in loco succedente, bene se habebunt quæ thesauri eius sunt, suum tamen gubernatorem mutabit. Quod si in loco declinante, morbi ac repentinæ mortes erunt. At si ab occasu mouentur ad ortum, externus hostis regiones incurfabit: sin nō mouentur, prouincialis hostis erit.

CL. PTOLOMAEI INERRAN-

TIVM STELLARVM SIGNIFICATIONES, PER
Nicolaum Leonicum à Græco translate.

- Januarius.*
- K. SOL eleuari incipit, longiusculi
fiūt dies, Aquila & Corona oc-
cidunt, tēpestatemq; efficiunt.
- 4 Sol magis ascendit, Cancrī mediū
occidit, uentiq; ponunt.
- 3 Reliquum Cācri occidit, & uariis
aëris fit status.
- Pr. Hyems dimidiata, Aquilones cō-
tinui, Delphinus cum Cane ori-
untur matutino.
- Non. Fidicula exoritur, Aquila occidit,
Delphinus totus emergit, uen-
torumq; fit concursus.
- 8 Aquila uesperī occidit, flat Auster.
- 7 Septentriones & Aquilo uehemē-
ter flantes concurrunt.
- 6 Martis domiciliū, Auster & Fa-
uonius simul flāt, Capricornus
emergere incipit, pluuia simul
& caligo uespertino.
- 5 Auster flat cum pluuia.
- 4 Auster flat cum pluuia.
- 3 Septentrio multo imbre & aspera
tempestate flat.
- Pr. Auster flat.
- Id. Astrum obscurū, prima Malī pars
occidit, noctu etiā pluit.
- 19 Astrum obscurum, uaria Aquilo-
nis & Septentrionis inconstātia.
Leo occultari incipit, pluuie fiūt.
- 18 Septentrio & Aquilo uehemen-
tes flant.
- 17 Sol in Aquario, Vulturnus cum
pluuia.
- 16 Fidicula occidere incipit matuti-
no, uentorum concursus fiunt.
- 15 Leo & Delphinus matutino occi-
dūt: Aquilo, Septērio, & Auster
concurrunt, pluuieq; fiunt.
- 14 Conuersio, & hyemis mediū.
- 13 Aquilo flat & Auster, mediū Cācri
occidit, Aquarius emergere incipit.
- 12 Aquarius totus emergit, Africus
spirat & pluit.
- 11 Fidicula cum Cancro occidit, &
uesperī pluit.
- 10 Aquilo flat cum pluuia.
- 9 Hyemat dies, uehementius flant
Aquila & Vulturnus,
- 8 Tempestas turbidior, ijdem flant
uenti.
- 7 Hyemat dies, ijdem flant uenti, Fi-
dicula occidere incipit.
- 6 Astrum clarum in pectore Leonis
occidere incipit, Fidicula uespe-
ri occidit, flat Aquilo, & interdū
pluit.
- 5 Ventorum cōkursus cum niuibus,
4 Delphinus occidere incipit.
- 3 Fidicula circa primam facem parte
sui occidere incipit, uehemens
flat Aquilo cum imbre.
- Pr. Imbres cum niuibus permisti ca-
dunt.
- XXXI.
- Februarius.*
- K. Obscurum astrum apparet, Auster
& Vulturnus flant, Fidicula oc-
cidere incipit.
- 4 Aër crassus est, & Fauonius flare
incipit.
- 3 Mediū Leonis cū Fidicula occidit,
Septentriones & Aquilo flant.
- Pr. Delphinus occidit, Auster uesperī
uiolentior fit & pluit.
- Non. Zona Orionis emergit, turbidus
est aër Fauonij flatu.
- 8 Fidicula occidit, & Fauonius ab
occasu flat.
- 7 Veris initium, Fauonius spirat.
- 6 Fauonius & Aquilo spirant.
- 5 Obscurū astrū, emergit Aquarius.
- 4 Septentrio cum Fauonio flat, in-
terdum etiam pluit.
- 3 Subsolanus spirat, & Arcturus ex-
oritur.
- Pr. Ventorum concursus & pugna.
- Id. Sagittarius uesperī occidit, tempe-
stas aspera.
- 16 Crater uesperī oritur, & commu-
tatis uentis superat Auster.
- 15 Sol in Piscibus, hyemat aër.
- 14 Septentrio flat cum Austro, Sol
nouus.
- 13 Virgo occidit iuxta Geminos,
Auster flat cum Fauonio & A-
quilone.
- 12 Malus uesperī occidit, Fauonius
spirat, & Virgo occidere incipit.
- G 4 11 Septen-

- 11 Septentrio & Auster flant, Malus occultatur.
- 10 Aquilo pluuiosus spirat, Leo occidit, Aquilões Chelidonij appellati, incipiunt, & per quatrīdū flant, Hirundines apparent.
- 9 Arcturus circa primam uigiliam occidere incipit, Fauonius spirat, noxq̄ nubila existit.
- 8 Halcyonei appellati dies.
- 7 Corus & Aquilo simul flant.
- 6 Aquarius oriri incipit, hyemat matutino.
- 5 Arcturus emergit, & pluit.
- 4 Arcturus oritur matutino.
- 3 Malus uesperī occidit.
- Pr. Fauonius late spirat, Vernus est dies.

XXVIII.

Martius.

- K. Auster & Africus simul spirant.
- 6 Vindemitor apparere incipit. Aquilo gelidus flat, Arcturus occidit matutino.
- 5 Aer nimbosus, & pluit, Arcturus emergit eleuato Sole, & flat Aquilo.
- 4 Arcturus similiter emergit.
- 3 Arcturus interdiu emergit.
- Pr. Aquilo flat, nubilosum cœlum.
- Non. Equus occidit matutino, & flat Aquilo. Corona matutino occultat. Aquarum de cœlo pluuiæ.
- 8 Marinæ aues apparere incipiunt, Aquilo & Septentriones flant, principiū Veris est, Sol Piscium dimidiū obtinet, Equus occidit.
- 7 Miluus apparere incipit, flat Auster, Piscisq̄ in tergore matutino occultari incipit.
- 6 Equus occidit matutino, Miluus à sublimi deorsum uergit, Vindemitor occidit, Arcturus autem emergit, & gelidus flat Aquilo.
- 5 Hyemis abscessio, & Aquilonis ad Septentriones cōmutatio.
- 4 Desinit piscis à tergore eleuari, Septentrio, uel Auster flat.
- 3 Argo nauis emergit uesperī, Fauonius, & Auster flant, & in Leonis cauda hyemat dies.
- Pr. Aquilo per totum flat diem.
- Id. Equus occidit, & Aquilo flat gelidus.

- 17 Sol in Ariete, Fauon. late spirat, Ciconia apparet, & mare trāsmittit.
- 16 Inconstantes uenti, Aquilo spirat.
- 15 Auster flat, Miluus diluculo apparet.
- 14 Aquilo serenus spirat.
- 13 Equus occidit matutino, Aquilo uel Septentrio flat.
- 12 Aries in latus emergit, pluit aut ningit.
- 11 Cancer tergore oritur, Auster flat.
- 10 Aequinoctiū, pluit, interdū tonat.
- 9 Septentriones & Aquilo flant, Equus occidit matutino.
- 8 Pisces tergore emergunt, nix imbre mista cadit, Aries matutino emergit cū mari, turbatio aëris.
- 7 Aequinoctium uernum, pluit, interdum & tonat.
- 6 Nox & dies æquales existunt.
- 5 Scorpius occidit, uehemens flat uentus, pluuiasq̄ cum tonitribus commiscet.
- 4 Scorpius occidit, Septentrio flat pluuius.
- 3 Auster flat, & pluit.
- Pr. Ventorum procellæ, & saepe pluit.

XXIX.

Aprilis.

- K. Scorpius occidit, Sol diei partem unam addit, Aquilonis flatu nubilosum est cœlū, Vergiliæ oriri & præsignificare incipiunt.
- 4 Nebulosus aer per omnes terras.
- 3 Vergiliæ occidunt uespertino.
- Pr. Flat Africus.
- Non. Fauonius spirat.
- 8 Suculæ emergunt, pluuiæq̄ ab Austro deuoluuntur.
- 7 Auster flat, & Vergiliarum reliquum occidit.
- 6 Fauonius flare incipit matutino, Vergiliæ occidunt.
- 5 Australes procellæ.
- 4 Aquilo uehemens flat, uesper est pluuiosus.
- 3 Frigidi flant uenti, & pluit.
- Pr. Suculæ occultantur.
- Id. Aquilo flat, paruum Præsepe exoritur.
- 18 Obscurum astrum, & uenti, & imbres.
- 17 Suculæ occidunt, frigidi spirant uenti, Perseus oritur.

- | | | | |
|------|---|------|---|
| 16 | Suculæ occidunt, spirat Fauonius. | 8 | Capella oritur matutino, & flat Aquilo. |
| 15 | Sol in Tauro, Suculæ occultantur. | 7 | Taurus occidit, Auster & Aquilo flant. |
| 14 | Africus flat. | 6 | Auster spirat. |
| 13 | Suculæ penitus occidunt, Africus flat uesperis. | 5 | Fidicula oritur matutino, & Auster flat. |
| 12 | Fauonius spirat. | 4 | Auster uehemens flat. |
| 11 | Tauri caput occidit, & pluit. | 3 | Vergiliæ exoriuntur, imbres cum tonitribus fiunt. |
| 10 | Vergiliæ exoriuntur, Fauonius spirat. | Pr. | Tēpestas aspera, hyemat aër, ingētia uesperis tonitrua commouent, XXXI. |
| 9 | Fidicula circa primā facē apparet. | | <i>Iunius.</i> |
| 8 | Fidicula cernitur, & pluit. | K. | Suculæ totę emergunt, Auster flat. |
| 7 | Præsepe emergit, desinit uer. | 4 | Aquila exoritur, aëris tempestas, & flat Fauonius. |
| 6 | Suculæ penitus occidunt, & Veris conuersio. | 3 | Australes procelle cum tonitruis. |
| 5 | Auster flat. | Pr. | Auster flat, & pluit. |
| 4 | Austrina dies, & pluuia. | Non. | Aquila exoritur, & flat Auster, & pluit. |
| 3 | Hœdi oriuntur, Auster flat matutino. | 8 | Aquila flat, & pluit. |
| Pr. | Canis occultatur uesperis, aër conturbatur ab Austro, & Aquilo simul permiscet. | 7 | Arcturus occidit matutino, Fauonius spirat. |
| | XXX. | 6 | Delphinus emergere incipit, Arcturus occidit. |
| | <i>Maius.</i> | 5 | Aquila flat, & modicè pluit. |
| K. | Canis occultatur, rores descēdunt. | 4 | Pluuiosus aër cum tonitruis, & australis dies. |
| 6 | Suculæ cum Sole oriuntur. | 3 | Turbulentum cœlū cum tonitruis. |
| 5 | Cētaurus apparet totus, Fauonius spirat. | Pr. | Fauonius, uel Corus flat, & tonat. |
| 4 | Scorpius sursum emergit, Aquilo flat, & rores cadunt. | Id. | Delphinus emergit, Auster flat. |
| 3 | Fidicula oritur matutino. | 18 | Orionis numeri eleuantur, & principia æstatis. |
| Pr. | Dimidium Scorpionis occidit. | 17 | Obscurum alstrum, Fauonius & Auster flant. |
| Non. | Vergiliæ oriuntur matutino, & spirat Fauonius. | 16 | Aëris tēpestas, & Aquilonij flatus. |
| 8 | Principiū æstatis, Fauonius p̄ualet. | 15 | Fauonius cum Austro spirat, Orionis numeri apparent. |
| 7 | Eodem flat modo Fauonius. | 14 | Sol in Cancro, Orion exoritur matutino. |
| 6 | Fidicula oritur, Suculæ occidunt, Tauri caput apparet. | 13 | Auster & Fauonius flant, pluit & tonat. |
| 5 | Vergiliæ apparent. | 12 | Serpentarius occidit matutino. |
| 4 | Vergiliæ oriuntur, Auster flat. | 11 | Auster cum Aquilone spirat. |
| 3 | Suculę occidunt, Austrini sunt flatus. | 10 | Exortus Orionis. |
| Pr. | Scorpius occidit, & Fidicula oritur matutino. | 9 | Obscuri astri exortus, & calorū intensio. |
| Id. | Cancer exoritur, & flat Auster. | 8 | Æstius cardo, & momentanea aëris perturbatio. |
| 17 | Initium æstatis. | 7 | Africus & Fauonius simul spirant. |
| 16 | Procyon, quam quidam Caniculā uocant, occidit. | 6 | Breuissima nox, Orion exoritur. |
| 15 | Sol in Geminis. | 5 | Pluit uesp̄i, Canis apparere incipit. |
| 14 | Auster flat uesperis. | 4 | Ventorum conflictus. |
| 13 | Suculę oriuntur, & flat Aquilo. | | |
| 12 | Arcturus occidit, aërę conturbat. | | |
| 11 | Sagittarius occidit, & flat Auster. | | |
| 10 | Gemini exoriuntur, & Aquila. | | |
| 9 | Suculę oriri incipiunt, & pluit. | | |

- 3 Canis exoritur matutino, zona Orionis apparet.
- Pr. Arcturus occidit matutino, & aëris intemperies.
- XXX.
- Iulius.
- K. Aër ab Aquilone conturbatur.
- 6 Obscurum astrum, Auster flat uel Fauonius.
- 5 Austrina dies & cōturbatio aëris.
- 4 Orion exoritur, Ciconia occidit, & Fauonius spirat.
- 3 Medium Cancrī exoritur.
- Pr. Etesiae flāt, & cū Austro Aquilōes.
- Non. Corona occidit matutino, flat Auster.
- 8 Cepheus exoritur, & Austrina aëris perturbatio.
- 7 Orion totus emergit, Auster flat.
- 6 Etesiarū prodromi flatus spirant.
- 5 Imbres cū tonitribus, flat Aquilo.
- 4 Orion totus oritur matutino, & prodromi inualescunt flatus.
- 3 Africus flat turbulentus.
- Pr. Aquilo flat.
- Id. Canicula exoritur, Etesiae inualescunt.
- 17 Orion exoritur, & uiolentus flat Aquilo.
- 16 Aestatis dimidium, & dies Aquilonis flatu algentior.
- 15 Fauonius, & interdum Auster spirant. Canis oritur matutino, & Etesiae amplius inualescunt.
- 14 Orion exoritur, Corus flat, totusque apparet Orion.
- 13 Sol in Leone, Corus spirat, & Canis exoritur.
- 12 Etesiae cum alijs uentis per unum & uiginti flant dies.
- 11 Prodromi flatus late spirant.
- 10 Cancer totus cum Leone exoritur, & Aquila occidit.
- 9 Leo cum Sole exoritur & Cane, Cancer descendit.
- 8 Gemini occidere incipiunt, Canis emergit, & Austrini sunt flatus.
- 7 Caligo arenosa, Aquila occidit, Leo exoritur, flat Auster.
- 6 Canicularis aestus.
- 5 Vehementes calores, Etesiae ualēter spirant.
- 4 Lucida stella in Leonis pectore exoritur, Aquilo egelidus propter aestum.
- 3 Autumnales fructus apparere incipiunt, Aquila occidit matutino, aërque turbidus fit.
- Pr. Auster cum Africo simul spirant.
- XXXI.
- Augustus.
- K. Aquila occidit matutino, flat Africus, aëres sunt aestus.
- 4 Aquila occidit, aër austrinus.
- 3 Austrina dies.
- Pr. Leonis mediū exoritur, Arbor in hoc biduo apparet, Auster nimbofus uehementer flat.
- Non. Corona occidit, Leonis medium exoritur, uehemens flat Auster, & Grues apparent.
- 8 Fidicula contrahitur, austrina dies aestuosa.
- 7 Orionis mediū occultat, & dies ab Austro caliginosus, & aestuosus.
- 6 Leo exoritur, aestus intolerabilis, nebulosus aër. Orionis exoritur medium.
- 5 Obscurum astrum, Septentrio lenis spirat, aestus mediocris.
- 4 Lunarīs defectus in hac die incurere solet, Auster & Aquilo spirant, & calores sunt ingentes.
- 3 Fidicula occidit matutino, Autumnus inchoat, uentorum cōcurfus fit.
- Pr. Ventorum conflictus & pugna.
- Id. Delphinus cum Lepore occidit.
- 19 Aestuosus & squalentes calores.
- 18 Obscurum astrum, & Fauonius cū Austro spirat.
- 17 Delphinus occidit matutino.
- 16 Autumnī initium.
- 15 Fidicula occidit, & flat Aquilo.
- 14 Delphinus occultatur, mediocris aestus.
- 13 Fidicula occidit matutino, Sol in Virgine, Auster flat, pluit, & tonat.
- 12 Sol in tota Virgine.
- 11 Virgo exoritur.
- 10 Septentrio lenis spirat, tota exoritur Virgo, aëris est serenitas.
- 9 Virgo exoritur, Aquilo flat.
- 8 Etesiae ponunt, Aquilo frigidior flare incipit.
- 7 Delphinus exoritur, & Auster flat.
- 6 Vindemitor emergit, Auster & Fauonius simul flant.

- 5 Virgo apparere incipit.
 4 Fauonius lenis spirat.
 3 Virgo exoritur, Fauonius molliter flat.
 Pr. Andromeda exoritur.
 XXXI.
 September.
- K. Andromeda exoritur, imbres cum tonitruis fiunt, flat Vultur, inconstantes sunt venti.
 6 Australis piscis non amplius occultatur.
 5 Tonat & pluit.
 4 Arcturus cum Vindemitore exoritur, Malus occultatur.
 3 Mercurij domiciliū, Fauonius spirat, & ex uentorum inconstantia imbres cadunt.
 Pr. Equus exoritur.
 NON. Capella emergit, Africus flat uespere, & pluit.
- 8 Arcturus apparet, flat Aquilo, & interdum tonat.
 7 Virginis medium exoritur, Fauonius spirat cum Africo.
 6 Idem aeris status.
 5 Idem aeris status.
 4 Arcturus exoritur.
 3 Arcturo exoriente imbres cadunt.
 Pr. Vergiliae cum Equo exoriuntur.
 Id. Hirundines non uidentur, Capella exoritur, & pluit.
- 16 Duodecatemorian, id est, 12 portio Autumni incipit.
 15 Fauonius late spirat cum Africo.
 14 Piscis exoritur, & Septentrio ponit.
 13 Sol in Libra, Crater apparet, Arcturi mediū cernitur matutino.
 12 Arcturo exoriente imbres copiosi cadunt.
 11 Aequinoctium autumnale, & pisces occidunt.
 10 Argo descendit, pluuiosi aeris cōturbatio.
 9 Pisces occidunt, Austrinae fiunt pluuia, aeris uentorumq; cōturbationes, & maris tempestates.
 8 Lunar defectus in hanc incurrit diem, Centaurus exoritur.
 7 Nebulosus aer & turbulentus existit.
 6 Hædi exoriuntur, & Auster uehemens flat.
 5 Virgo desistit emergere, Vergiliae
- matutino & uespere apparent, Hædi cū Sole exoriunt, uentorū & maris procellae ualidae fiunt.
 4 Auster uehemens flat, tempestates horridae.
 3 Vergiliae matutino cernuntur, & pluuius flat Auster.
 Pr. Capella emergit usq; ad uespertinum Vergiliarum occasum.
 XXX.
 October.
- K. Vergiliae in oriente apparere incipiunt, Auster flat matutino.
 4 Idem austrini flatus, & Vergiliarū exortus.
 3 Heniochus, id est, Auriga occidit, & ab Aquilone tonat.
 Pr. Hædi exoriuntur, & pluit.
 NON. Corona emergit, & conuersio est aestatis.
- 8 Arietis mediū occidit cū Scorpiōe.
 7 Eadem, quæ prior, significatio.
 6 Corona cum Hædis exoritur, aer conturbatur.
 5 Hædi cum Vergilijs emergunt, & flat Africus.
 4 Libra oriri incipit, & Fauonius spirat.
 3 Corona exoritur matutino, uenti cōmutant, aspera q; in mari fit hyems.
- Pr. Vergiliae exoriuntur, & flat Auster.
 Id. Corona emergit, aeris commutatio, & tumultus fit.
 19 Aquilo immensus flat.
 18 Autumni medium, & Auster flat.
 17 Oriō emergit, & roruletus est aer.
 16 Eadem, quæ prior, significatio.
 15 Tristis & nubilus dies.
 14 Sol in Scorpiōe, & Fauonius spirat.
 13 Vergiliae occidunt, aerisq; est cōturbatio.
 12 Eadem, quæ prior, significatio, sed etiam pluit.
 11 Tauri cauda occidit, & auster flat pluuia.
 10 Scorpius occidit. Aquilo flat, & in mari tempestas horrida.
 9 Vergiliae occidunt.
 8 Centaurus occidit matutino.
 7 Scorpij dimidia cauda occidit.
 6 Sucleae occidunt, gelidus flat Aquilo, & aspera in mari hyems.
 5 Vergiliae & Orion penitus occidunt.

84		CL. PTOLOMAEI SIG. INER. STELLARVM.	
4	Arcturus occultatur, & uehementes flant uenti.	7	Sol in prima Sagittarij portione.
3	Cassiopeia incipit occultari.	6	Eadem, quæ prior, significatio.
Pr.	Orion & Aquila penitus occidūt uesperī, & Fidicula exoritur.	5	Canis occidit, austrina dies, & pluit.
	XXXI	4	Canis occultari incipit, & nebulosus est aër.
	November.	3	Canis occidit matutino, & Africo flante pluit.
K.	Vergiliae occidunt, pruina decedit matutino, Arcturus occultatur, aërisq; ad frigora fit cōuersio.	Pr.	Orion occidit, Fauonius spirat, & Austro flante pluit.
4	Venti spirant frigidi, & pluit.		XXX.
3	Fidicula exoritur matutino, & Aquilo flat.		December.
Pr.	Auster & Fauonius flant, fiuntq; imbres.	K. *	Perturbatio aëris, flat Septentrio, & totus Orion occidit matutino.
NON.	Fidicula Sole exoriente apparet, Aquilo flat.	4	Canis occidit, uesperī septentrio flat.
8	Arcturus occidit matutino, & nebulosus est aër.	3	Tempestuosa cum nubibus dies.
7	Vergiliae & Orion occultantur, Aquilo flat.	Pr.	Sagittarius occidit, & Aquilo flat.
6	Turbidus & molestus est aër.	NON.	Per totā diē pluit, & flat Aquilo,
5	Clarū Scorpionis astrum, & hyemalis cardo.	8	Medium Scorpj emergit.
4	Hyemis initium.	7	Aquila exoritur, & Africus flat.
3	Vergiliae occultantur.	6	Scorpius totus emergit.
Pr.	Media Scorpjōis stella emergit.	5	Canis exoritur matutino, & Auster flat.
Id.	Vergiliae & Orion occidunt matutino.	4	Vehemens Aquilo flat, caliginosum tēpestatibus coelū existit.
18	Scorpius matutino occidit.	3	Obscurum astrum, Septentrio & Cæcias perflant.
17	Fidicula oritur matutino, Vulturinus, Auster, & Boreas simul flant.	Pr.	Aquilo flat prior, grauis & pluuus subsequitur auster.
16	Eadem, quæ prior, significatio.	Id.	Totus Scorpius exoritur, Auster & Aquilo flant, & pluit.
15	Tempestuosa dies, Austerq; superuenit.	19	Capella occidit.
14	Sol in Sagittario, Orion cum Fidicula exoritur, aërisq; tempestas existit.	18	Auster & Aquilo perflāt, & aëris perturbatio existit.
13	Tauri cornu cum Sole occidit, & flat Aquilo.	17	Eadem, quæ prior, significatio.
12	Horrida tempestas.	16	Sol in Capricorno.
11	Suculae cum Lepore occidūt matutino.	15	Obscurum astrum, & uentorum concursus & pugna,
10	Gelida cadit pluuia.	14	Capella exoritur.
9	Tauri cornua occidunt.	13	Aquila cū Capricorno exoritur.
8	Initium hyemis: frigora incipiūt, gelidicq; cadunt rores,	12	Incipit flare Aquilo, superueniēs Auster, totum obtinet diem,
		11	Aquila exoritur uesperī.
		10	Capella matutino emergit,

Reliquum deficit,

HERMETIS CENTVM APHO-

RISMORVM LIBER.



1 Sol & Luna post Deum, omnium uiuentium uita sunt. Multorum quidem natiuitates non habent hyleg: sed quia Sol & Luna ascendens eorum ex dilectione aspiciunt, eodem libero existente, eorum uita diutius elongatur.

2 Omnes natiuitates diurnæ cōfortantur per Solem, quādo idem configuratur beneuolis. Nocturnæ uerò per Lunam, quando ipsa aspicitur à beneuolis: & si hoc non fuerit, si tamen fuerint boni planetæ in angulis, sic natiuitas est fortunata.

3 Mars cum fuerit dominus ascendens in 10. præbet nato dignitatem atq; potentiam, quibus cum iniuria & crudelitate utetur: & hoc uerè infortunium dicitur potius, quàm fortuna.

4 Iupiter configuratus, maleuolis mutat eorum malitiam in bonum. Venus nõ potest hoc facere, nisi adiuuetur à Ioue: & ideo in augmentando bonũ, & in prohibendo malum Iupiter multo melior Venere reputatur.

5 Non potest facere astrologus cōmixtionem stellarum significationum, antequam cognoscat amicitias & inimicitias earum. Amicitia quidem & inimicitia earum est triplex: una quidem secundum naturam, alia secundũ domos, & tertia secundum aspectus.

Amicitia & inimicitia stellarum.

6 Opponitur Venus Mercurio: hic quidem sermones & disciplinas, illa uerò uoluptates & delectationes amplectitur. Similiter & Iupiter Marti, hic quidem uult misericordiam & iustitiam, ille uerò impietatem & crudelitatem.

7 Magnorum principum facias significatorem Solem, uel aliquem de superioribus. Scribarum uerò & rusticorum inferiores planetas, & præcipuè Lunam.

8 Aspectus non potest diminuerè significationem coniunctionis. Coniunctio uerò diminuit significationem aspectus: nam coniunctio fortior est aspectu.

9 Non diffinias uel eligas aliquid existente Scorpione in ascendente, nec cum anguli sunt obliqui, aut si Mars sit in eis. falsus enim eueniet diffinitionis euetus, & præcipuè, quia Scorpio falsitatis est signum.

10 Fert à 6 uel à 12 loco mala beneuolus, cum ibi fuerit à maleuolis impeditus.

11 Rumores dicti Luna existente in prima facie Scorpionis, mendaces sunt & compositi.

12 Eueniunt quandoq; in questionibus astrologorum iudicia non uera, uel propter errorem instrumentorum eorum, uel propter interrogantis insipientiam, uel quando Sol est circa gradum medijs cœli, uel quando figuræ, quæ rem concedunt, uel denegant, sunt æquales.

13 Dum Luna erit meridionalis, descendens in Scorpione uel Piscibus, non incipias fabricare. citò enim huiusmodi fabrica diruetur.

14 Oportet Mercurium per loca consona, & per configurationes aliarum stellarum in natiuitatibus esse fortem ad hoc quod natus habeat dignitatem. Mercurius enim per se planeta debilis est.

15 In signis quidem duorum corporum uictoria bona, deuictio autem mala: utraque siquidem duplicatur.

16 Non diffinias aliquid, antequam scias intentionem quærētis. Multi quidem interrogare nesciunt, nec possunt exprimere quod intendunt.

17 Cum interrogatus fueris de patre, aspice 4, de fratre 3, de filio 5, de uxore 7. Si uerò interrogatus fueris pro ægro, nullam aliam quàm ascendens aspicias.

18 Luna cum peruenerit ad beneuolorum, uel ad maleuolorum quadratos, & impedimentum & auxilium erit dubium, & timèdum est, ne fortè maleuoli quidem impediant, & beneuoli adiuuare nequeant.

19 In inceptione itinerum & redituum non sit Luna in ascendente, uel in 4, uel

H in 9,

- in 9, & si non fuerit impedita. In introitu uerò ciuitatis non sit in ascendente, uel 2, uel 4. Similiter nec in introitu domus.
- 20 Tribus modis præsciuntur accidētia hominum, uel ex natiuitate propria, uel primogeniti filij, uel ex interrogatione cum affectu & sollicitudine cognita.
- 21 Omnis inceptio facta cum planeta retrogrado, si Luna fuerit coniuncta, citò destruitur, & ad peius esse deuenit, cum fuerit impedita.
- 22 Regum atq; principum esse accipitur à Saturno & Sole, & à planeta existēte in 10. Auxiliatorum uerò regis ab 11. Et auxiliatorum rusticorum à loco 2.
- 23 Exitus regis aut principis ad itinera penitus reprobatur, cum Cancer erit in ascendente.
- 24 Gemini & Sagit. obediunt capiti draconis, & caudæ magis quàm alia signa, & ideo grauiora mala in eis faciunt, quàm in alijs signis.
- 25 In natiuitatibus mulierum, cum fuerit ascendens aliqua de domibus Venere, Marte existente in eis, uel de domibus Martis, Venere existēte in eis, erit mulier impudica: idem erit, si in ascendente Capricornum habuerit.
- 26 Sol recipit planetarum uirtutes, quādo in ascendente, uel in domo medijs cœli iungitur cum eisdem. hoc in nocte Luna facit similiter, cum eisdem locis iūcta fuerit cum prædictis.
- 27 Iupiter soluit Saturni malitiam, quemadmodum Venus Martis.
- 28 Cum fuerit interrogatio pro muliere, simpliciter accipe significationem à Venere, determinatæ uero à 7. Et si pro inimico, absolutè quidem à 12, determinatè uero à 7.
- 29 In exitu cuiuscumq; ad pugnam, sed specialiter regum, sit ascendēs aliqua domus superiorum planetarum uel Solis: & sit tam ipse quàm dominus eius fortis. Dominus uerò 7, debilis & impeditus à malis.
- 30 Luna Saturno uel Ioui iuncta, lumine & numero aucta, ad omnia erit bona. Si uerò minuta fuerit, ad omnia erit mala. Totum contrarium intelligas in Venere & Marte.
- 31 In mutuis & depositis caueas, ne sit sub radijs Iupiter, uel impeditus à malis. Quod si sic fuerit, nec ab impeditioe receptus, nulla uel modica restitutio sequetur.
- 32 Euntes ad configurationem malorum beneuolæ, ex quacumq; figura dimirunt aliquid eorum malitiæ, & per bonas quidem figuras magis, per malas uerò minus. Maleuolæ uerò eūtes ad configurationem bonarū ex quadrato quidē uel opposito diminuunt aliquid bonitatis earum, ex alijs uerò aspectibus nihil.
- 33 Saturno quidem transeunte ab uno signo in aliud, fiunt in cœlo diachonotes, quod Arabes uocant assub, uel quædam alia signa de natura ignis.
- 34 Temperantia aeris ex coniunctione Iouis & Solis contingit, maximè cum ipsa coniunctio sit in signis aereis. Ex coniunctione Saturni & Solis fit frigus, & ex coniunctione Solis & Martis in signo bicorporeo, & in tempore ueris fit tenebrositas aeris, & infirmitates frequenter contingunt.
- 35 Aestiuo tempore, cum Sol ingreditur terminum Martis, fit aestus. In hyemali siccitas & paucitas pluuiarum aderit.
- 36 Facias in natiuitatibus & quæstionibus uirorum hyleg & alcohoden, & directiones eorum, & maximè in quæstionibus regum & magnatum. Per ea enim sciuntur accidentia eorum, siue bona fuerint siue mala.
- 37 Ascendens cum fuerit boni esse, & dominus eius mali, sanitatem quidē corporis indicat, anxietatem uerò & tristitiam animi. Si uerò fuerit econuerso, diffinitas econuerso.
- 38 Notabis semper configurationem stellarum, non per signa, sed per radios.
- 39 Utere Luna in curandis oculis, cum fuerit aucta lumine, & libera à malorū aspectu.
- 40 Si pars fortunæ fuerit cum malo in quarto, uel nono, uel 10, remotis beneuolis, mortem indicat ægrotanti.

- 41 Durabilia erunt bona uel mala, cum fuerit significator stationarius, & in angulo. Transmutabilia uerò de facili, cum fuerit idem retrogradus, & in cadentibus angulorum.
- 42 Eandem in impediendo uim habet dominus 2, quam dominus 8. Similiter dominus 6, eandem quam dominus 12.
- 43 Marte occidentali in Cancro non aspiciente Saturnum, nec Iouem, nec Venerem, nec Solem, erit flebothomator. Eodem uerò modo Marte existente in Capricorno, erit corruptor hominum, & sanguinis effusionis amator.
- 44 Errare contingit peritum astrologum, quando de significatore eius, cui eligit, est ignarus.
- 45 Saturnus per quadratum super Venerem eleuatus, facit natos impudicos, & in mulieribus impatientes. Si uerò Venus super Saturnum eleuata fuerit, faciet faciles ad mulieres & pronos.
- 46 Si fuerit in natiuitate alicuius Mercurius in ascendente orientalis & uelox, tunc natus fit eloquens, & in scientiis liberalibus doctus. Idem erit etiam, si fuerit in Sagittario in proprijs terminis tali modo.
- 47 Angulorum primus est horoscopus, secundus medium cœli, tertius occidens, & quartus angulus terræ. Reliquorum uerò locorum primus est 11, deinde 2, post 5, deinde 9, post 3, post 8. Sextus uero & 12. sunt pessimi.
- 48 Nisi beneuolus planeta prohibeat, quodcunq; dat Mars, reuocat.
- 49 Ad personas, quibus supplicabis, adaptabis planetas.
- 50 Horoscopus uel planeta, dum inuenit in 30 gradu signi, significatio eius est in signo sequenti: si uerò in 29 erit in ipso signo, uirtus enim planetæ in tribus consideratur gradibus, scilicet in quo est, & in præcedenti, ac succedenti.
- 51 Oportet futura considerare à coniunctionibus planetarum, præfens uerò uel præteritum à separationibus eorundem.
- 52 Si Iupiter fuerit in Cancro remotus ab ascendente, nec impeditus ab aliquo, erit quidem natus rationalis, & in scientia ualde peritus: diliget tamen solitariam uitam, nec habebit laudem de scientia sua.
- 53 Fiunt in mundo multa incommoda, quando erit in uno mense utriusq; luminaris eclipsis, & præcipue in his locis quibus est significatio eorum specialis.
- 54 Luna tempore inceptionis itineris, cum fuerit in uia combusta, ægrotabit peregrinus in peregrinatione sua, uel aliquas graues molestias patietur.
- 55 Oportet in erraticarum directionibus, & non erraticarum tempus considerare.
- 56 Res paterna transit in filium, dum Saturnus fuerit fortunatus, & ex dilectione aspexerit dominum ascendentis: magis ac amplius, si fuerit dominus 4 loci.
- 57 Existentibus beneuolis in signis, in quibus non habent dignitatem, transfundetur eorum benignitas.
- 58 Si Mars fuerit almutaz in natiuitate, & non fuerit iunctus beneuolis, significat quòd natus incendium patietur.
- 59 Donat felicitatem immensam planeta beneuolus, cum fuerit in propria domo receptus: maleuolus uerò abstinet se à malicia multa, dum fuerit taliter receptus.
- 60 Aeger erit natus & debilis, cum Mars super Saturnum fuerit eleuatus. Si uerò super Martem Saturnus, erit fortis & pinguis.
- 61 Si pars coniugij uiri ceciderit in signis obedientibus, mulieris autem in imperantibus: mulier quidem imperabit uiro, uir autem obediet mulieri: si autem econuerso erit, diffinias econuerso.
- 62 Ex dilectione si fuerint domini triplicitatis coniunctionalis luminis coniuncti adinuicem, primus secundo, & secundus tertio, permanibilem prosperitatem & tristitiarum liberationem significant.
- 63 Cum Mercurius erit in Piscibus in gradibus puteosis, facit natos insipientes uel mutos. Iupiter uerò in domibus Martis & in gradibus putei, facit furdos & egenos, & à personis militantibus læsos. In domibus autem Satur-

ni, & specialiter in Capricorno, & in gradibus putei facit rigidos, & omnibus odiosos.

64 Recipit naturam Martis, Mercurius in domibus illius existens: & si fuerit configuratus eidem cadenti ab angulo, erit natus amator uenationis, diligit ludere in taxillis: si uerò cadens non fuerit, erit bellicosus & miles.

65 Existentibus planetis sub radijs, cum infra 12 gradus Soli proximi fuerint, infortunantur, nisi fuerint in eodem gradu cum eo. Cum uerò 12 gradus transierint, existentes orientales, sunt fortes.

66 Terribilia mala operatur Caput cum malis. auget enim eorum malitiam: multa uerò bona cum bonis. per ipsum enim augetur eorum benignitas. Cauda uerò sicut in situ, sic & significationibus obijcitur capiti.

67 In loco 6 natiuitatis suæ si aliquis habet Mercurium, cōuertetur à fide sua in aliam. Et qui partem felicitatis habuerit impeditam, hic nō erit firmus in fide sua.

68 Signum primum in significationibus habet dominium, quando per duo signa significatio rei fiet.

69 A Luna initium omnis rei accipitur, omnis finis uerò à domino domus sue.

70 Si Iupiter in reuolutione annorum mundi fuerit in propria domo, uel exaltatione orientalis in angulo, & expeditus à malis, penuriam annonæ significat.

71 Timetur in ægotantibus, cum Luna & dominus ascendentis fuerint ab octauo loci domino impediti.

72 Rixam, contentionem, aut litem nullo modo incipias, cum Luna fuerit mali esse. nam si tali modo contigerit, eris proculdubio superatus.

73 Omnis rebellis incipiens rebellare in principio anni, obtinebit sine difficultate dominium.

74 Luna existente in signis ruminantibus, uel coniuncta planetæ retrogrado, non est bonum purgationibus uti: hæc enim uomitum inferunt, uel alias læsiones.

75 Orientales planetæ bona exhibentes uel mala, citò dant, occidentales uerò tardè.

76 Gradus coniunctionis luminarium est media mora eclipsis.

77 In reuolutione annorum mundi multæ difficultates erunt, & prælia, cum in exaltationibus suis fuerint Iupiter & Saturnus.

78 Esto suspiciosus atq; sollicitus, quando beneuolus est cum maleuolo, nec ualde confidas, quòd mali malitia penitus auertatur.

79 Duodecim signa ab ascendente dependent, & ascendens quidem significat esse corporis, dominus uerò eius esse animæ. Studeas igitur omni modo, ut non sint ascendens & eius dominus impediti.

80 In signis fixis planetæ dum fuerint, rem durabilem significant, in bicorporis uerò dubiam, in mobilibus conuertibilem uel ad bonum uel ad malum.

81 Vtere in rebus clandestinis Luna sub radijs non eunte, sed exeunte.

82 Incidere uel induere nouas uestes, Luna existente in signo fixo, & specialiter in Leone, horribile & periculosum est, etiam cum fuerit in coniunctione uel oppositione Solis, aut à malis impedita.

83 Habet in interrogationibus Luna magnam potentiam, nisi fuerit ascendens Leo, aut Sagittarius uel Aquarius. Deinde quidam eorum auferunt significationem ipsius, & præcipuè cum fuerint in Leone uel Aquario.

84 Est adhuc Saturnus sub radijs, dum infra eundem & Solem 17 gradibus existit instantia. Idem intellige & de Ioue.

85 Reprobatur in matrimonijs penitus Luna in Cancro. Similiter Virgine, præterquam in matrimonijs uiduarum.

86 Maleuolus cum erit orientalis in domo propria uel exaltatione, melior est retrogrado & impedito beneuolo.

87 Erit impedimentum circa illam partem corporis, quam significat signum quod fuerit natiuitatis tempore impeditum.

88 Tunc fiunt prosperitates immense, quando domini triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritas, sunt in angulis uel succedentibus angulorum, in locis proprijs, & ab aspectu maleuolorum remoti. Et si dominus ascendens fuerit boni esse, magis & amplius erit bonum.

89 Idem faciunt planetæ per trinum, quod faciunt per sextilem: minus tamen in bonis uel malis infert sextilis aspectus quam trinus.

90 Saturnus infert mala cum tarditate, Mars uero subito: & ideo Mars reputatur Saturno deterior in nocendo.

91 Tunc dicitur magna coniunctio, quando tres superiores planetæ in uno de signis regijs coniunguntur: & tunc regna potentissima faciunt, quando aspiciuntur à Sole.

92 Reuelatur statim uerbum occultum quod quæritur, quando Luna & planeta cui applicat, sunt in signis uocæ habentibus, & in 5, uel 3, uel in oppositionibus eorum.

93 Auget in octauo maleuolus suam malitiam, beneuolus uero ibidem neque bona exhibet neque mala.

94 Nunquam perficietur bonum uel malum, nisi quando planetæ beneuoli uel maleuoli in natiuitate, uel in reuolutione Lunæ aspexerint per quadratū.

95 Si Mercurius in 6 fuerit impeditus, natus in carcere morietur. Si Saturnus in 12 includetur, & Venus in 8, præcipitium patietur.

96 Timendum est in principio ægritudinis, cum Sol in die, ac Luna in nocte fuerint impediti.

97 Variantur semper significationes stellarum, quando in configurationibus earum adinuicem ipsarum latitudines variantur.

98 Luna in 4, uel in 7, uel 9, uel 12, indicat causam illam iam interrogatam fuisse. Idem indicat, si separata fuerit à Mercurio. Si uero fuerit ascendens signum bicorporeum, & Luna similiter in signo bicorporeo, iterum ipsa causa quæretur.

99 In propria domo uel exaltatione, si fuerit maleuolus, licet cum tarditate, tamen exhibet bonum finem. Si uero idem in ascendente fuerit impeditus, quamuis in domo propria, uel exaltatione, infert tamen impedimentum, & malum finem.

100 Terminatur finis euentuum omnis inceptio, omniumque dubitabiliū ipsius per hos significatores, uidelicet per 4 locum, & dominum eius: & per planetam, si forte fuerit in eodem. Item per luminare cuius erit autoritas, & dominum eius: & per planetam, cui luminare ipsum coniungitur, & dominum eius.

His & alijs, quæ tibi tradidi, clarissime, utere: & cum sobrietate utendo, nunquam errabis, cum Dei auxiliō.

CENTILOQVIUM BETHEM.



Vnc inchoabo librum de consuetudinibus in iudicijs stellarum.

2 Scias quod quando planetæ retrogradi sunt, ut uir infirmus, stupefactus, sollicitus.

3 Cadens uero est quasi mortuus, cui non est motus.

4 Combustus, ut captiuus, incarceratus, uituperatus absque posse.

5 Stans ad retrogradationem, ut sanus, à quo recedit sanitas, sed remanet parum de ea.

6 Stans ad directionem, ut æger, postquam conualescit, & uidet initium suæ sanitatis.

7 Obsessus ut timens inter duos hostes, id est, quando est inter duas infortunas.

8 Quando est inter duas fortunas ut homo comedens, bibens, securus ab omni malo & timore.

9 Quando infortunæ aspiciunt planetam à quarto, uel etiam ipse eas, est ut homo cui incipit iam sua mors & uindicta & decoratio.

10 Quando planeta est in aspectu sui hostis, est ut uir timens hostem suum.

11 Quando est cum hoste suo, est ut uir pugnans cum hoste suo.

- 12 Quando est cum planeta sibi amico & simili, ut est uir cui exhibetur hospitalitas & complexus.
- 13 Quando est in domo socij sui, est uir cum socio suo.
- 14 Quando est cadens à domo sua, uel à domo exaltationis suæ, est ut uir absens à domo sua, aut ciuitate sua.
- 15 Quando est in domo sua, aut domo exaltationis suæ, est ut uir in domo sua, & perficitur iudicium & uoluntas sua, & completur quod uult fieri.
- 16 Quando uerò est in domo sua, aut domo exaltationis suæ retrogradus, est ut æger uir in domo sua.
- 17 Quando est combustus in domo sua, uel domo exaltationis, est ut uir quem incarcerationis dominus suus in domo sua, aut rex suus.
- 18 Quando est cadens, est uir uexatus, timidus.
- 19 Planeta fortunatus quā est retrogradus, est quasi infortunatus: & planeta fortunatus cadēs ab angulis uel ascēdentibus, est ut uir sperās fortunā, & nō inuenit.
- 20 Planeta fortuna quando est retrogradus, & est cum infortuna, cōuertitur natura fortunæ ad infortunam, & corroboratur infortuna planetæ.
- 21 Planeta infortuna quando est in domo sua directus, & est cum planeta fortuna, conuertitur ab infortuna ad fortunam.
- 22 Quando planeta est in postremo signi, est recidens uel recedens.
- 23 Quando est in 1 gradu signi, est debilis uirtutis in iudicijs & questionibus.
- 24 A primo autem gradu ad 15 est accedens, sed à 15 ad 25 est completus.
- 25 Si est in postremo signi, est recedens: & tunc est ut uir recedens à domo, in qua moratus est.
- 26 Planeta agrestis in ascendente, in quo habet auctoritatem, est singularis in iudicio & dispositione.
- 27 Planeta in domo non sua, est ut uir in domo aliena pulsans, iam deprimatur iudicium suum, nec est ei auctoritas.
- 28 Quando est cum Sole, sunt uires eius debiles, & suum diminuitur iudicium.
- 29 Planeta in postremo signi existens retrogradus, transmittit iudicium suum, & debilitatur lumen suum, & aufertur ab eo claritas sua.
- 30 Quando est in domo sua retrogradus, & in gradu 7 à Sole, est ut uir in domo sua, & super se est custodia, scilicet uir potentior eo, & affectat fugere timorem eius, & uituperationem & superbiam.
- 31 Planeta in domo inimici sui, est ut uir in domo alterius, inter quos iam aduenit odium & ira.
- 32 Planeta in domo sua directus, liber ab infirmitate & infortunis, significat perfectionē questionū, & perscrutationis, & cōplementū, & consecutionē interrogati.
- 33 Quando Luna separatur à planetis, significat supra præteritum.
- 34 Quando Luna continuatur cum planetis, significat quo est futurum.
- 35 Luna separata à Saturno, accidunt ligationes & tristitiæ, & inuentiones mali, & casus.
- 36 Luna separata à Ioue, accidunt gaudium & lætitiæ, amicitia, confirmatio dotium, addimentū in familia, & filijs, & seruis, & hæreditatibus: additio etiam in censu, multiplicatio fortunarum, dissolutio infortunijs & casus.
- 37 Luna separata à Marte, accidūt rixæ, cōtrarietates, mali rumores, dolores, ligamēta, mortes, effusio sanguinis, falsa testimonia, filij fornicationis & meretricū, remotio zelotypiæ, ut in lectiōibus cōcessio phibiti, coitus masculini, p̄positus mulieri, potatio uini passarū, & uini ex quibet inebriabili, uulnera, abscissio natorum, dispositio syrporū, qui faciūt descēdere filios à matrice ad uulū & planitiē terre.
- 38 Luna separata à Sole, accidunt ægritudines, sollicitudo, timor, mors, incarcerationis, inuentio mali, & dedecoratio, dolores, casus, ægritudo, ligatio, captiuitas, equitatus, exercitus, populus, res terribiles.
- 39 Luna separata à Venere, accidunt fornicationes, ioci, risus, gestellationes, cantus, uestimenta ferica, colorationes, uarietates,

- 40 Luna separata à Mercurio, accidunt secundum quantitatem applicationis Mercurij cum fortuna uel infortuna.
- 41 Luna applicata cum aliqua planetarum, significat de futuro secundum applicationem Lunæ cum planetis.
- 42 Luna mane fortunata laudabilis, qui quæsierit in illa die de negotio aut natiuitate illi gratum erit, fortunatum in omni interrogato.
- 43 Luna mane infortunata aut corrupta, quæsitum in illa die non est gratum in quæstione, & quilibet natus non durat: si durat, debilis est in uita sua.
- 44 Luna iuncta Saturno, dies illa mala in omni opere & quæstione.
- 45 Luna iuncta Ioui, dies illa bona in omni opere & quæstione.
- 46 Luna iuncta Marti, dies ingrata in omni opere.
- 47 Luna iuncta Soli, dies illa uituperanda in omni opere, nisi in eis quæ uult aliquis abscondi, si quis egrotauerit, morietur illa causa.
- 48 Luna iuncta Veneri, dies illa grata in omni opere, præcipuè cum fuerit quæstio de nuptijs, & reuersione mulieris dissolutæ.
- 49 Luna iuncta cum Mercurio, dies illa bona in omni opere, præcipuè pacifici dotes, obuiare scriptoribus, & dispensatoribus: bonum est emere, uendere, computare.
- 50 Quando Luna opponitur Saturno, dies uituperanda in omni opere, non est aptum proponere in ea, nec lucrosum.
- 51 Quando Ioui, dies laudabilis in omni opere, præcipuè in requirendo ueritatem, pacifici dotes, quærere de pactis, imitari res, senum computare dispensatoribus res, eundo propè uel longè bonum.
- 52 Quando opponitur Marti, dies illa nihil in omni opere.
- 53 Quando Soli, dies illa nihil, in nullo opere bonum.
- 54 Quando Veneri, dies laudabilis in omni opere, præcipuè in coitu, & rebus mulierum, quærendo amicitias & societates earum, reuerti mulierem separatam bonum, aptum etiam est iter agere.
- 55 Quando Mercurio, dies media in omni opere.
- 56 Luna in quarto spectu à Saturno, dies illa laudabilis in omni opere, præcipuè obuiare regibus, principibus regni, & nobilibus: nō est bonū iter in ea, exitus illaudabilis, æger morietur in ea.
- 57 Luna in quarto Iouis, dies laudabilis, maximè in determinando ueritatem, & quærere coniugium, & accessum ad nobiles, & his qui præsumt regno, fundare ædificia, gratum est exire die illa de quolibet facto. in illa die lætabitur factor.
- 58 Luna in quarto Martis, illaudabilis in omni opere, maximè obuiare regi, quærere negocium. in illa nō est bonum nubere: æger morietur, aut exhibit de eo sanguis aut plaga.
- 59 Luna in quarto Solis, dies uituperanda in omni facto, maximè obuiare regi & nobilibus, & quærere quid est apud eos de negocijs & causis.
- 60 Luna in quarto Veneris, dies laudabilis in omni opere, præcipuè segregare se cum muliere, induere nouas uestes, exercere res nobilitatis, ludi, conuiuij, coniugij, coitus, emptio bestiarum, seruorum, intrare balnea, ornare, exire ad quærendum quietem.
- 61 Luna in quarto Mercurij, dies bona, proponendo uendere, emere, misceri regibus, computatio maioris domus, & librorum legere libros & scientias.
- 62 Luna in sextili aspectu Saturni, dies bona, & obuiare senibus & uillicis, inspicere in causis suis, & negocijs, & rebus suis, & incedere in decuratione suarū rerum, concordare omni negotio determinando, & auditui uiri, & certæ amicitia, & misceri magnis uiris, associari suis consilijs, alijs consiliarijs.
- 63 Luna in sextili Iouis, dies bona concordare in illa obuiatione alcaideis, iudicium iustorum quærere, numerum, & omne opus bonum, nubere, iter agere, misceri nobilibus, & altis uiris, firmare res grandes, constringere regnum, præsentari conuiuijs & nuptijs.

- 64 Luna in sextili Martis, dies bona: melius quod est in ea, est obuiare ducibus & prouisoribus armorum, exercitus distribuere, arma prouidere de bellis, bonū est uentofare, accipere, partiri equos.
- 65 Luna in sextili Solis, dies bona, præcipuè obuiare senibus, uillicis, prouisoribus ciuitatis, obuiare regibus, principibus regis, nobiles, quærere negocia, cogere regnum, incedere in negocia sua.
- 66 Luna in sextili Veneris, dies bona in omni opere, præcipuè in miscendo mulieribus & impuberibus, siue castratis, maioribus dominabus, quærere amicitiam quamlibet conuiuium præparationem spectantium, induere nouas uestes.
- 67 Luna in sextili Mercurij, dies bona, iocis & pacis, dotum computationi, obuiationi uillicorum, prouisoribus in omni opere, & mercari.
- 68 Luna in trino aspectu Saturni, dies bona in omni opere, maximè obuiare senibus dominis regni & regi laudabile, in ea colere terras, & fundare ædificia, & inspicere in rebus antiquis.
- 69 Luna in trino Iouis, dies bona in omni opere maximè quærendo ueritatem, & determinando omne opus bonum & amorem Dei, est bonū obuiare regibus, alcaldibus, & nobiles.
- 70 Luna in trino Martis, dies bona in rixis, uenatione, obuiare regibus, bonum emere bestias, disponere de bellis, mittere nuncios, præsentationes in bello, electio aciei, & manipularum.
- 71 Luna in trino Solis, dies bona in omni opere, melius est in ea obuiare senibus, regi opus terræ prouidere cuilibet operi, bonum obuiare principibus nobiles, ligare uexilla, cogere regnum, omne factum bonum.
- 72 Luna in trino Veneris, dies bona in omni opere melius in ea est quæstiones de ligatione connubij, & induere nouas uestes est apta, præparare ire ad tendas & causas, amorum sponsalia, emere bestias, ancillas, obuiare senioribus, inspicere in conuiujs & nuptijs, operari imagines, & causas amorum.
- 73 Luna in trino Mercurij dies bona ligare, obuiare uillicis & scribis, prouidere de omnibus factis.
- 74 Saturnus in ascendente infortunat quæstionem apud quærentem, si fuerit retrogradus apud quæstionem, & tardat, & aggrauat, desolat & frangit.
- 75 Saturnus in 10 terræ quærentem sollicitat, negocia fiunt cum fortuna, & accidit in quæstione corruptio.
- 76 Saturnus in septima corrumpit quæstionem, & facit contingere apud quæstionem corruptionem negocij, & mutat negocium ab infortuna ad infortunam.
- 77 Saturnus in quarta, facit contingere in quæstione fortunam in principio rei, & trahit infortunatum ad corruptionem.
- 78 Iupiter dissoluit, quod Saturnus ligat.
- 79 Similiter Venus quod ligat Mars.
- 80 Quando Luna separatur a fortuna, soluit quod ligat Mercurius.
- 81 Planetæ superiores quando opponuntur Soli, impediunt & corrumpunt negocia, & impediunt quæstiones.
- 82 Saturnus in quarta a Sole, significat processum negocij, tamē terminat ad infortunam & corruptionem.
- 83 Saturnus in quarta Iouis, aut opposito suo, aufert malum, & dissoluit oppressionem, siue impressionem suam.
- 84 Saturnus in quarto & opposito, & coniunctione Martis, prohibet letitiam, & præcipitat negocium, & corrumpit & impedit quæstionem.
- 85 Saturnus in quarto Veneris, aut coniunctione, aut oppositione, complet omnem quæstionem in illicito & inobedientia: & si fuerit secundum diuersitatem obedientiæ, dico dicimus, reuertetur, aufert pudorem & corrumpet.
- 86 Saturnus in quarto Mercurij, aut oppositione, aut coniunctione corrumpit quæstionem, & desolat negocia, & facit superfluere superfluitatem.

- 88 Iupiter in 4 Saturni, aut oppositione, aut coniunctione, uetat eius corruptionem, & uertit ab infortuna ad fortunam.
- 89 Iupiter in 4 Martis, aut coniunctione, aut opposito, prohibet eius generationem, & corruptionem, & impressionem.
- 90 Iupiter in 4 Veneris, aut coniunctione, aut oppositione, significat supra complementum quaestionis, & finem gratum cum illo.
- 91 Iupiter cum Mercurio in 4, aut coniunctione, aut oppositione, significat super perfectionem quaestionum, & determinationem negotiorum, & perfectionem suam, & additionem fortunæ, & res bonas.
- 92 Quando planeta infortuna fuerit in ascendente, & in secunda domo sit fortuna quaerens, transmutabit ab infortuna ad fortunam.
- 93 Quando planeta fortuna fuerit in ascendente, & in domo secunda planeta infortuna, mutabitur quaestio de fortuna ad infortunam.
- 94 Quando planeta fortis fuerit in ascendente, & in uno angulorum planeta mutabitur, quaestio de fortuna ad infortunium.
- 95 Quando dominus ascendentis fuerit in uia combusta, corrumpetur negocium & rogatum.
- 96 Quando fuerit infortuna in decimo aut quarto ab ascendente, tremebunt corda, & accidet infortuna, & priuabitur quaestio & recidet.
- 97 Quando planeta infortuna fuerit in ascendente, & in secunda domo sit infortuna, complebitur quaestio, & minuetur negocium cum latitia, & lucro famoso.
- 98 Quando planeta infortuna fuerit in ascendente, & in secunda domo sit infortuna, recedet quaestio, & procedet ad infortunam.
- 99 Quando ascendens minuitur in ascensionibus, & dominus suus est in loco descendente in 6 aut 12, quaerens sperabit res quas non consequetur: & quando erit fortuna in 3 ab ascendente, & infortuna in ascendente, quaerens erit paruae applicationis ad negocium.
- 100 Planeta cum euenerit, perdens de tempore ascensionis, quaerens consequetur infortunam in fine negocii sui post determinationem eius & adeptionem.
- Quando planeta infortuna erit in angulis receptus, dabit & applicabit quaerentis negocium, tamen accipiet ab eo quod dedit sibi: scientia receptionis est, quando fuerit planeta in domo sui, aut domo exaltationis suae saluus ab infortuna.

ALMANSORIS ASTROLOGI

PROPOSITIONES, AD SARACENORUM Regem.



Phorismorum compendiolum, mi Rex, petisti: ut tuis satisfaciam uotis, laborem nequaquam subire recusauit. Scripsi: a quo animo accipias, quaeso.

1 Signorum dispositionum, ut dicam, ab Ariete fit initium: unum scilicet est diurnum, alterum uero nocturnum: unum masculinum, alterum foemininum: unum leue, alterum graue.

2 Cuiusquam planetarum septem exaltatio in illo loco esse dicitur, in quo substantialiter patitur ab alio contrarium. Veluti Solis in Ariete, qui Saturni casus est. Sol enim habet claritatem, Saturnus tenebrositatem: & ut Iouis in Cancro, in quo Mars cadit, quorum alter cupit iustitiam, alter uero significat iniustitiam: & sic Mercurij in Virgine, qui casus est Veneris: alter namque significat scientiam & philosophiam, altera uero causat alacritates, & quicquid est saporiferum corpori.

3 Significatio partium circuli, o Rex magne, super unum solum est: sicut signum igneae partis significat super ignem, terreae uero super terram, aereae super aere, & aquaticae super aquas.

4 Aries, Leo, & Sagittarius, est triplicitas calida & sicca, amara, ignea, diurna, ma-

- na, masculina, & significat choleram rubeam. Taurus, Virgo, & Capricornus, triplicitas, terrea, frigida, sicca, nocturna, foemina, & significat choleram nigram. Gemini, Libra, & Aquarius, triplicitas est aerea, calida, humida, sanguinea, dulcis, diurna.
- 4 Cancer, Scorpio, & Pisces, aquatica triplicitas est, frigida, humida, flegmatica, insipida, nocturna.
- 5 Fortunae large sunt & fideles. Infortunae uero sunt auarae, & infideles.
- 6 Fortunae nihil cum labore dabunt alicui. Infortunae uero, quicquid dabunt, abbreviabunt & auferent.
- 7 Quando duae coniunguntur infortunae, fit ex eis fortuna perfecta: sicut ex duarum fortunarum coniunctione. & hoc secundum dicta Ptolemaei.
- 8 Omnium aspectuum planetarum, melior est trinus & sextilis. Deterior uero, quartus & oppositus.
- 9 Non prodest aspectus trinus & sextilis infortunarum: sicut nec obest quartus & oppositus fortunarum.
- 10 Ex multis uitae significationibus in hyleg, significatur multa & longa uita, & purus intellectus, maximusque uigor.
- 11 Cuicumque fuerit Mercurius in radice natiuitatis in domo Martis, erit malae suspicionis, & festinus in suis negocijs.
- 12 Cuicumque fuerit Mercurius in natiuitatis radice in domo Saturni, erit magni intellectus, longaeque cogitationis, sapiens, & philosophus.
- 13 Nunquam erit pauper & inops, cuius natiuitatis dominus fuerit Iupiter.
- 14 Cuicumque fuerint in ascendente infortunae, turpem notam in facie patietur.
- 15 Non poterunt eius oculi euadere ab impedimento graui, cuius in natiuitate ambo luminaria fuerint impedita.
- 16 Non amittet sensum, in cuius natiuitate Luna iuerit ad Mercurium.
- 17 Cum fortunae praefuerint natiuitati, erit natus largus & diligendus. Si autem infortunae praefuerint, auarus erit & abhorrendus.
- 18 Cui Saturnus in natiuitate praefuerit, erit sordidus: & cui Mars, foetidus.
- 19 In cuiuscumque natiuitate fuerint infortunae, in domo octaua, mala morte morietur. Si uero fortunae ibidem fuerint, in lecto suo migraturus est.
- 20 Non congregabit pecuniam, nec thesaurifabit, nisi ille, cuius ascendentis dominus, & dominus quartae fuerit idem planeta: sicut non lucrabitur pecunias nec diuitias, nec uiuet splendide, nisi cuius dominus ascendens, & dominus decimae fuerint idem.
- 21 Non poterit inter duos esse dilectio, nisi fuerint in radice natiuitatis luminaria commutata: id est, ut sit unum in loco alterius in natiuitate socij sui. Odiosi uero sunt adinuicem, qui in oppositis horum nascuntur, & in oppositis signis uel quadratis, uel dominis illorum signorum existentibus in hunc modum, aut luminariis se conspicientibus illo modo.
- 22 Dominus quinti circuli, scilicet Venus, significat madefactiones & pluuias: sicut dominus sexti, scilicet Mercurius, itinera & mutationes ac peregrinationes significat.
- 23 Qui accesserit ad regem, Luna in Aquario, nec recipiet, nec aliquo modo de eo curabit rex. Si autem ad eum accesserit ipsa in Piscibus, auertet faciem suam ab ipso.
- 24 Non erit bona sanguinis minutio, Luna in Geminis: sicut nec erit conueniens uti uentosis, Luna in Tauro.
- 25 Meliora signa in accipiendis laxatiuis & purgatorijs sunt aquatica: sed eorum melius est Scorpius, deterius uero Cancer existimatur.
- 26 Melius signum in societatibus est Leo, deterius uero Aries.
- 27 Stellae fixae dant dona grandia, & ex paupertate subleuant ad sublimitatem, quam non faciunt planetae.
- 28 Perfectus medicus erit, cui Mars & Venus fuerint in sexta. Bonus uero cantor ille, cui Mercurius retrogradus cum Venere in eodem signo.

- 29 Dñs quinti circuli, scilicet Venus, cum fuerit in 1 gradu Cætri, faciet pluuias.
- 30 Cum planetæ ponderosi fuerint occidentales à Sole, dabunt probitatem circa finem uitæ, & econuerso.
- 31 Qui emerit aliquid Luna à capite Cætri, usq; in finē Sagittarij, emet carē, uē detq; uiliter: ecōuerso autē, cum fuerit à principio Capricorni usq; in finem Gemorum.
- 32 Nō est bona circūcisio, Luna in Scorpiōe, sicut nec bonus uomitus in Leone.
- 33 Illius signi naturā, in quo Venus fuerit, nato attribuet: cum enim fuerit in Leone, dabit amorem: in Tauro cantus, & in Scorpione coitus. Ratio est, quia Leo habet cor, Taurus guttur & collum, Scorpius ueretrum.
- 34 Cuiuscūq; fuerit Mercurius in duodecima, erit sapiēs, magnusq; philosophus.
- 35 Cum in radice natiuitatis impediatur Luna, ceciderintq; omnes domini triplicitatum, hyleg, maximē uerò primus dominus triplicitatis ascendētis, fueritq; in aliquo angulorum in fortuna, indicat nato uitæ paucitatem.
- 36 Dominus quinti circuli, scilicet Venus, dissoluit quod ligat dominus tertij, & est Mars. Dominus autem secūdi, scilicet Iupiter, dissoluit quæ ligat dominus primi, scilicet Saturnus, & hæc significatio est super res magnas.
- 37 Cum ceciderint omnes domini triplicitatum, fueritq; in aliquo angulorū una stellarum fixarum exaltationis primæ uel secundæ, quæ sit ex natura dominorum triplicitatum, perficietur ei nutritio, & transibit eam.
- 38 Quod cadit super Lunam ex malitia Martis, & ipsa aucta lumine, æquale est ei, quod cadit super eam ex malitia Saturni, ipsa lumine diminuta. Hoc autem capitulum res grandes significat: nec scietur esse hæreticorum, nisi ex domino circuli secūdi. Et dominus quarti circuli significat super reges.
- 39 In electionibus regum cōmendantur signa planetarum altiorum: sicut in electionibus impotentum signa inferiorum planetarum commendantur.
- 40 Illa quæ fortunium altius indicāt, sunt Iupiter, pars fortunæ, pars donatiōis, domus quoq; secūda, & qui in ea fuerit eiusq; dñs, dominus etiā triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritatis, necnon dominus decimæ, & qui in ipsa fuerit.
- 41 Cum significator erit inter ascendēs & decimā, erunt dies & horæ: cum inter decimam & septimā, erunt septimanæ & menses: inter autē septimam & quartā cum fuerit, erunt anni.
- 42 Dominus primi circuli, scilicet Saturnus, cum fuerit in signis fixis, faciet mortalitatem & caritiam, hoc autem sapientes experti sunt.
- 43 Cum uolueris alicui eligere, & non poteris differre, si Luna fuerit impedita, pone impediētem dominum ascendētis.
- 44 Melior ictus est in longitudine & latitudine: fortunæ corroborant naturā boni, & uilificant naturam mali: infortunæ autem agunt contrarium.
- 45 Cuiuscūq; planetarū natura superior fuerit, nō cessabit eius actus, usq; quod sit ibidem eius contrarium.
- 46 Cum nequiueris electionem differre, ponas ascendens, & eius dominū saluos, necnō nomina fortunarum ponas in angulo, & quod melius est in decimo. Non nocet Mars in peregrinationibus aquarum, sicut nec Saturnus in peregrinationibus terrarum.
- 47 In itineribus signa fixa uituperantur, mobilia uerò commendantur.
- 48 Cū aspexerit infortuna significatorē, fueritq; retrograda, & cadēs, necnō in loco, in quo fuerit peregrina, id est, in nulla dignitatū suarū, & in signo contrario suæ naturæ, infert significatori malum, qd nullus curare poterit, nisi solus Deus.
- 49 Cum Mars appropinquauerit terræ, pacificabitur cum Ioue, Saturnus quoq; sic pacificabitur cum Venere, & Luna cum terræ appropinquauerit, & est ascensio duarum partium in parte una.
- 50 Luna Soli concordat, cum fuerit aucta lumine & numero, omnis quoq; stella luminosa ei concordat.
- 51 Quādo Mars debilitatur, Venus cōfortatur, sicut Iupiter Saturno debili minuitur,

- nuitur malitia infortunarum, cum in aliqua dignitatum suarū fuerit, & eōuerlo.
- 52 Cum recipiet infortuna fortunam, nō impedit eam, maximè autem cum nō aspexerit eam ex quarto uel opposito, nec fuerit in eodem signo, maximū est planetarum impedimentum, cum fuerit in locis peregrinis.
- 53 Omnis planeta cum in eodem puncto Soli coniunctus fuerit, ibit festināter: cum ad eum accesserit, ibit pedetentim.
- 54 Fortius testimonium est ictisal Lunæ ad planetam, qui fuerit in medio cœli in ascendente.
- 55 Cancer significator est super aquas multum mobiles, Scorpius uerò super aquas currētes riuorū: Pisces quoq; sup immobiles scilicet, ut lacunas & puteos.
- 56 Omnis res quæ festinanter fit, & festinanter destruitur: & quæ reiteratur, est in significatione Martis.
- 57 Omne quod festinanter fit, & subito destruitur, permanetq; diu destructum, est de natura Saturni & Martis.
- 58 Quicūq; fuerit ex stirpe regali, si in eius radice natiuitatis fuerint duo Soles, erit regibus contrarius, separabiturq; ab eis in operibus suis.
- 59 Cuicūq; fuerit Luna hora natiuitatis in Tauro in minuto ascētionis, & Sol in Leone in ascendente in minuto ascētionis, ad magnā exaltationē perueniet.
- 60 Ea quæ accidunt in hoc seculo, sciuntur & inuestigantur ex magna fortitudine superioris significatoris, & ex sua eleuatione: & si ea non fuerit, exquiritur à planeta, ad quem iuerint omnes alij planetæ.
- 61 Si quid significauerit aliquis planetarum in natiuitatis radice, cum diuisio & dominus ad eū peruenerit, apparebit eius significatio, seu bona, seu mala fuerit.
- 62 Cum dominus retrogradabitur ab ictisal domini ascendentis, non recipietur natus à domino suo, cum dominus ascendētis & Luna fuerint in ascensione, & duæ fortunæ similiter aspexerint sese adinuicem, erit natus multum fortis & potens, nullusq; præteribit eius mandatum.
- 63 A gradu ascensionis sciuntur accidentia corporis, à gradu partis fortunæ esse substantiæ. A gradu uerò Lunæ esse corporis & animæ deprehenditur. A Solis autem gradu ualetudines eius, sed à gradu medijs cœli magisteria & opera dignoscuntur. unicuiq; gradui da annum.
- 64 Fortunabitur, eritq; boni esse, necnon potens ille, cuius annus reuolutionis similis fuerit radici, & cuius circulus in eadem similitudine fuerit, in qua erit ipso anno radice.
- 65 Diurnum esse nati accipitur ex directiōe: aliter ex motu domini, aliter de die in diem esse, nati accipitur ex motu domini signi profectionis anni in terminis expositis domini signi alynthiæ anni ad terminos expositos.
- 66 Cum Saturnus ascenderit in altiori parte sui circuli, id est, in sua auge, coniugeturq; Luna Soli in extremo mensis, & ipsa iuerit ad eum, significabit augmentum rei, quæ fuerit ex natura signi, in quo ipse fuerit.
- 67 Cum fuerit planeta in ipso minuto gradus orientis, cōiungeturq; ei Luna in eodem loco, apparebit actus naturæ illius planetæ seu bonus, seu malus fuerit.
- 68 Cū aliquis planeta dominabitur alicui anno, ex annis mundi, in ipso gradu suæ exaltationis apparebit eius significatio, & eleuabitur rex in regione illa, & in climate, in quo ab ipso significabitur.
- 69 Impedimentum Mercurij à Saturno debet impedire linguam nati: deterius autem, si corporaliter coniungatur.
- 70 Quantus erit timor super infirmum, cum fuerint luminaria hora interrogationis sub terra.
- 71 Cum fuerit utrunq; luminarium in eodem gradu, suæ exaltationis in suo dominio, liberum ab infortunijs erit natus totius mundi rex, & semen eius hereditabit terras eius, obtinebitq; multo tempore.
- 72 Cum fuerit ascendens alicuius natiuitatis mediū cœli mundi, fueritq; signū mobile, Aries scilicet, uel Cancer, & ille gradus qui fuerit super linea medijs cœli, fuerit